

Ad portum Liddæ sancto veniente subinde
 Navita non aderat, fluvius vada summa repleat,
 Tertia causa moræ, naves procul ulteriore
 Ripa detentæ, quæ se movere repente
 Obsequio prompto sine remis et sine conto,
 1555 Exceptumque virum (quod sit magis id quo-
 [que mirum),

Cum sociis per se transportavere reversæ.
 Ipse tamen gratis jubet intuitu pietatis
 Nautæ post paulum præparanti reddere nulum,
 Gerziaco visa dum versaretur in illa,
 Utpote quam fratrum fuerat mercatus in usum,
 In speciem furvi mutatum dæmona corvi
 A bove cornupeta pepulit virtute sucta,
 Per crucis obtentum cogens exire eruentum.
 Bucula sana redit, nec quemquam postea lædit.

Per fluvium vectus dum navigat urbe profectus,
 Dum jacet in navi, dormitque sopore anavi
 Excubiis laesus simul et jejunia passus,
 Ex improvise conflictibus amne reliso
 Bella ciet paci motu Meduana minaci.
 Consurgunt fluctus, oritur fragor, atque tumultus,
 Magnus ventorum parvor insicit ora virorum,
 Et quamvis fortis quatitur formidine mortis
 Evigilans sanctus: nam conturbatio, planctus,
 Et vis clamoris rupit secreta soporis,
 Flumine signato, sumptoque liquore sacro
 Undas respersit, tempestatemque repressit;
 Fusus ab ampulla liquor est, et victa procella.

Jam catechizatus, sed nondum fonte renatus
 Quidam mœrentum proles miseranda parentum,
 Proh dolor! extinctus foris est, damnatus et intus;
 Cesserat hæc feretro, pars cesserat illa barathro,
 Cum præsul tristis compertus casibus istis,
 Currit festinus subitam dissolvere funus:
 Applicitus lecto jubet omnes cedere tecto,
 Et genibus fixi Erebi de faucibus ipsi
 Certat sublato lacrymando reducere flatum,

A Nec tardante mora, nam vix dum fluxerat hora,
 Tam feretrum corpus, quam flatum reddidit ortus
 Ergo post luctum juvenem de morte reductum
 1556 Lætificat totum sacro baptismate lotum.

Paulo post itidem gaminos sanctissimus idem
 Lepra sædates verbo jubet ire piatos.

Adjacet antiquus Ligeri Saponaria vicus.

A quo digressus repetit dum mœnia fessus
 Post visas omnes per circuitum regiones,
 Utilitas quarum fuerat sibi causa viarum,
 Ecce suæ sortis memores fient ultima mortis
 Tristes vicini casumque gemunt peregrini.
 Quem vitæ sanctæ famosum moribus ante
 Laus confessoris patris exciverat oris,
 Quo melior fieret, dum præsulis acta videret,
 Parca sed invidit, quæ vitæ filia recidit.

B Sanctus adest præsul, dum fletur mortuus exsul,
 Solvit stans juxta defuncto debita justa,
 Et prece solemnî Domino dat vota perenni,
 Cum subito nota fatorum lege remota
 Attollit vultus populo spectante sepultus,
 Jamque videt sospes propter quem venerat hospes
 Conclamant turbæ, quod non sit major in orbe
 Pastor, teste Deo, censendus par Eliseo.

Talibus et tantis, nutu præeunte tonantis,
 Signis insignis, psalmo vir dignus et hymnis,
 Et vitæ mundæ cumulo ditatus abunde,
 Cum novies denum jam pervenisset ad annum,
 Tempore completo cui cedunt debita letho,
 Terræ mandavit quod terra parens generavit.
 Flatus vitalis substantia spiritualis

C Idus Septembris mortalibus exuta membris
 Mortem nescivit, sed semper in æthera vivit.
 Gratia virtutum comitatur carne solutum,
 Nam cæci nati tacto feretro reparati
 Ad sacrum funus deo sunt, paralyticus unus.
 Sed neque frustratur supplex quicumque precatur
 Ipsius ad thecam rem si modo postulat æquam.

MARBODI REDONENSIS EPISCOPI

CARMINA VARIA.

I. Hymnus primus de Magdalena.

Maria mater Domini, Maria soror Lazari
 Duæ patronæ cœlitus collatæ sunt fidelibus.
 Impar ancilla dominæ, sed pari frgens nomine.
 Hæc forma pœnitentiæ, at illa mater veniæ.
 Est illa virgo virginum, sanctorum princeps om-
 [nium;
 Hæc peccatorum conscia, et criminosis commoda.
 Maria pedes genuit, quos illa plorans tenuit.
 Quia dilexit nimium purgatur labe criminum,

D Hærens humi miserrima complectitur vestigia,
 Undas quas fudit oculis plis desiccat osculis;
 Accessit ejus merito mirabilis dignatio:
 Unguento nardi pistici perfudit caput Domini,
 Æqualis mundi terminis laus hujus vivet operis,
 Concurrentes Evangelio, ipso testante Domino.
 Huic se resurgens Dominus manifestavit primitus,
 Infamem quondam feminam constituens aposto-
 [lam.
 Sit Patri laus ingenito, et ejus Unigenito,

Spiritu Paraclito, nec nato, nec ingenito.

1557 II. *Hymnus secundus de eadem.*

res immundi currite, fons patet indulgentiæ.
 us desperet veniam qui servat pœnitentiam.
 nplum Dei Filius ostendit peccatoribus
 iam vas spurcitiæ septeno plenam dedecore,*
 quondam nulla turpior, qua nunc vix ullas san-

[ctior,

Christi pedes abluit, sed mox et caput inunxit.
 orret Christus neminem, Deus non spernit ho-

[minem.

nus illi gratias pias fundendo lacrymas;
 s quod nudat Dominus tergamus nostris cri-

[nibus;

refluis ex opibus ministremus pauperibus.
 ebilit nobis gratiam qui præstat indulgentiam.
 ostra ex fragrantia redoleat Ecclesia,

atrix hæc sanctissima nostra propulset cri-

[mina,

nobis oratio sit virtutum largitio.

Patri laus ingenito, etc.

III. *Hymnus tertius de eadem.*

atrix quædam femina Ecclesiæ novissima
 a carnis onere cœlos ascendit hodie;
 s qui colunt exitum recenseant introitum,
 audem summi Domini qui tantum præstat ho-

[min.

bat apud Simonem Deus indutus hominem,
 ssit mœrens, languida, ad medici vestigia.
 agno desiderio processit hæc præsumptio,
 trectaret meretrix quem tulit Virgo genitrix,
 vellet voce tacuit, sed lacrymis exposuit,

oculis et orinibus oravit pro criminibus.

pellavit unguine cum non est ausa famine,

Pharisæo scandalum, sed Deo sacrificium.

hoc recessit omnium soluta nexu criminum,

ferente veniam, qui protulit sententiam.

Patri laus, etc.

IV. *Oratio ad Patrem.*

versæ creaturæ Dominator increate,
 im motus principalis, beatus, et immortalis,
 as una, splendor unus, in quo non est plus et

[minus,

s Deus, tres personæ, trinum nomen, unum

[esse,

de limo primum patrem, et de patre primam

[matrem,

sequenter ex duobus propagaasti totum genus,

us et de cœlo mentes inspirasti descendentes,

equenda nosse possent, sequerentur et quæ

[nosset:

ata mihi, Deus meus, factor et refector meus,

gens ortus sui memor te sequatur, bone du-

[ctor,

ic currat libens post te, ut et corpus trahat

[post se;

mandatis tuis vadat, sic ut nunquam prorsus

[cadat,

o ergo mentem sanam, et amantem disciplinam,

A Et cum sanitate mentis incolumitatem carnis.

Tu plasmator utriusque, da quod competit utrique.

Ad peccandum proni sumus, et ad humum redit

[humus.

Tu ruinam nostram fulci pietate tua dulci.

1558 Quid est homo proles Adæ germen necis di-

[gnam clade?

Quid est homo nisi vermis, res infirma, res iner-

[mis?

Ne digneris huic irasci qui non potest mundus

[nasci:

Noli, Deus, hunc damnare, qui non potest non

[peccare,

Judicare non est æquum creaturam, non est mecum,

Non est miser homo tanti ut respondeat Tonanti.

B Sicut umbra, sicut fumus, sicut fenum facili sumus,

Miserere, Deus trine, miserere, miserere.

V. *Oratio ad Filium.*

Jesu Christe Deus noster, bone pastor et magister,

Qui cum esses forma Dei, cœqualis Patri tui,

Propter hominum salutem induisti carnis vestem,

Et de ventre virginali tanquam sponsus processisti.

Sic in carnis vetustate conversatus sine labe,

Ut et opus adimpleres, et exemplum nobis dares.

Opus, inquam, pietatis, superans affectum menti

Contumelialis vexatus, et in crucem sublevatus

Generalis mortis jura destruxisti morte tua;

Dormivisti, surrexisti, super cœlos ascendisti,

Inde venies in fine quæ fecisti judicare

Redditurus digna factis cum redditione carnis.

C Deus homo Jesu Christe, miserere miserorum,

Deus homo, rex cœlorum, miserere miserorum.

Hujus fidei confessor licet reus et transgressor

Duplex oro, Jesu Christe, nomen super nomen

[omne,

Ut peccata confitenti, et virtutes anhelanti

Hæc condones, illas donec, sicut ipse docens mones,

Ut et lumbos præcingamus, et lucernas teneamus.

Cam virtutes mandas quæri, quas appellas regnum

[Dei,

Da quod jubes ut quæramus, et sic jube quod aga-

[mus.

Inter cuncta quæ requiro, unum est ad quod su-

[spiro,

Quod expoto speciatim hoc et posco nominatim;

Contra carnis corruptelam a te flagito medelam,

D Propter tuam pietatem dona mihi castitatem,

Et me ipsum et te nosse sicut est humanum posse.

His ex quibus voluisti me secundum carnem nasci,

Et majoribus ipsorum computatis retroversum

Cunctis præsta, Deus dives, vitam inter tuos cives,

Fratres meos et sorores his in donis fac consortes.

Parentela mihi junctos, clemens Deus, salva cun-

[ctos;

Omnes qui fideles vivunt, vel fideles obierunt,

Sempiterna fac quiete frui sine metu metæ.

Sit laus Patri sempiterno, Filioque cœterno;

Tibi, Flamen utriusque, laus sit æqua cum utroque.

[Amen.

VI. *Oratio ad Deum.*

Cum recordor quanta cura sum sectatus peritura,
Et quam dura sub censura mors exerceat sua jura,
In interiori meo, quod est patens soli Deo,
Dans rugitum sicut leo pro peccatis meis fleo.

Cum recordor transitarum me per mortis iter du-
[rum,

Et quid de me sit futurum post examen illud purum
Mentis anxius tumultu, quæ virtutum caret cultu,
Tristi corde, tristi vultu preces fando, cum sin-
[gultu ;

1550 Cum singultu preces fando, flexo genu, pe-
[ctus tundo,

Ore loquens tremebundo ad te clamans de pro-
[fundo.

Jesu Christo, Fili Dei, consubstantialis ei,
Factor noctis et diei, quæso, miserere mei,
Per parentis primæ morsum lapsus sum, et hinc
[retrosum.

Gravant nobis culpæ dorsum quas committimus
[seorsum.

Per secundam genitricem sæculi reparatricem
Vetarem converte vicem corpus lavans atque [f.
[mentem]...

Sit laus Christo, sit laus Patri, sit laus et æternæ
[f. æterno Flamini]...

Qui nos tueantur atri a suppliciis barathri.

VII. *Oratio ad sanctam Mariam.*

O sancta Virgo virginum ! quæ genuisti Dominum
Triumphatorem sabuli, reparatorem sæculi,
Ego peccator nimium a te peto remedium ;
Esto patrona misero, et salus, et defensio.

Incumbunt hostes undique, mortem querentes animæ,
Perversi foris homines, intus maligni dæmones ;
Jam mihi multa vulnera inflictæ sunt, o Domina !
Quæ nisi tu curaveris sunt mihi causa funeris ;
Consensi suadentibus mortale crimen hostibus,
Et ob hoc reus teneor, culpam meam confiteor :
Nam quinque sensus corporis effecti portæ cri-
[minis :

Pulchra videndo cupiens, lene tangendo diligens,

Audiivi libens turpia, narraivi gaudens frivola,

Nares replevi sæpius illicitis odoribus,

Esu potuque dulcium sum delectatus nimium ;

Peccavi per superbiam, et per inanem gloriam,

Pollutus sum perjurio, contaminatus otio,

Per iniquum mendacium fefelli [sæpe] proximum, D

Et de rapinis pauperum collegi lucrum pessimum ;

Iræ vel avaritiæ servivi quasi dominæ ;

In corpore vel anima commisi cuncta scelera,

Nam corpus quod non potuit, mens perpetrare vo-
[luit.

Me turpis cogitatio, me pestilens locutio,

Me culpa damnat operum, me nequitas consciorum ;

Hæc tibi nunc confiteor, o cunctis sanctis sanctior !

Tu causam meam suscipe, tu dignum pœnis eripe ;

A Exora tuum filium ut mihi det remedium ;

Ex tua carne genitus favebit tuis precibus,

Et matri quæ se peperit negare nihil poterit.

Per ejus natalitium, per ipsius jejunium,

Per asperas injurias, flagella, sputa, alapas,

Quas sponte sua pertulit qui se pro nobis obtulit

Et per vestem coccineam, et per coronam spineam

Per clavos, per patibulum, per cicatrices vulnerum

Per aperturam lateris, per rivum sacri sanguinis

Per sanctam eucharistiam, et per baptismi gra-
[tiam,

Per sacramenta fidei quam corde credens didici,

Imploro te, piissima, pro impetranda venia

Ut mihi Christi passio culparum sit remissio,

Et ejus resurrectio virtutum augmentatio. Amen

VIII. *Oratio ad matrem Domini.*

B (1) Stella maris, quæ sola paris sine conjuge
[prolem,

Justitiæ clarum species super omnia solem ;

Gemma decens, rosa nata recens perfecta decore

1560 Mella cavis inclusa favis mutata sapore,

Omnimodos tuus almus odos (1*) præcellit odores,

Exsuperat quos ver reserat tua gratia flores.

Corporeus te, casta, Deus conceptus inundat,

Exoriens passus moriens nos crimine mundat.

Ut miseros trahat ad superos venit altus ad ima,

Eripitur dum mors moritur plasmatio prima :

Eximium fuit hoc nimium tibi, sancta virago,

Virgineum quod per gremium Patriæ exit imago.

Amplexus solet hic sexus sentire pudendos,

C Ut paribus de seminibus queat edere flendos.

Tu vero prægnans utero, servansque pudorem

Producis Dominum lucis, vitæque datorem.

Luciferi mater pueri, te mundus adorat,

Te precibus, te carminibus devotus honorat ;

Post Dominum, tu spes hominum, quo conscia
[mordet

Mens sceleris, quæ per Veneris contagia sordet,

Supplicium post iudicium removeto gehennæ,

Elysios habitare pios concede perenne.

IX. *De duodecim patriarchis.*

Confessor vel laus stat primus in ordine Judas.

Cernentem natum Ruben vocitatio secundum,

Tertius acinctus Gad vel tentatio dictus,

Quartus Aser cujus nomen sonat ipse beatus,

Nephtalim natum debemus ponere quintum,

D Manasses sextus oblivio sive coactus,

Septimus est positus Simeon habitatio dictus,

Octavi nomen Levi sonat additionem :

Issachar est merces, quem nonum ponere debes

Sit Zabulon decimus, habitaculum forte vocatus

Joseph undecimus, augmenti nomine dignus ;

Dextræ filius est Benjamin, et ultimus hic est.

X. *Hymnus de sacerdotibus.*

Dum sacerdotum celebrant fideles

Festa solemniter veneranda cultu,

(1) Nota hic exactam rhythmi repetitionem in initio, medio, et fine versuum.

(1*) F. licentia ad rhythmum, seu sonum p[er] odor.

s laudes honor hic redundat,
Summe sacerdos.

ex dono poluere sancti
i fastus et opes caducas,
uptatum laqueos tenaces
Ludificare.

ec adversis poterant moveri
certo fidei tenore
futurorum rata præmiorum
Spes animabat.
post vitæ fragilis labores
ecursos, patrias adepti
is sedes, solita beati
Pace fruuntur.

I. *Redonensis episcopus H. Cenoman. episcopo* (2).

ua scripta legens oculos ad nostra reduco,
o terras videor spectare jacentes ;
ni nubes excedunt illa volatu,
eris hærent humili reptantia gressu.
relecta patent [al. placent] solis sapientibus

[illa,
os sensus brevibus stringentia verbis.
avelut modico vix maxima clauditur auro (3),
ultu [al. aditu] facili rudibus doctisque pa-

[tescunt,
et artificia minus accurata paratu,
communi leviter manantia vena.
per antithesim flectit se musa frequenter
ans refluos sinuoso schemate gyros ;
Nobis directo satis est procedere calle,
libet et crassa contexere verba minerva,
m subtili radio feriamur Aragne (4).

XII. *Commendatio castitatis.*

in pratis, sic gratia virginitatis
liere bona, maribus quoque prima corona.
s corruptas quos non trahit ulla voluptas,
na castorum laus est virtutis eorum
mel experti nolunt ad fœda reverti.
non talis, prior est et proxima qualis,
ars virtus tamen est, et causa salutis
t illorum qui post grave flagitiorum
omque malum trahunt a crimine talum
e Messia, de virgine nate Maria !
sunt felices quibus hoc mitissime dices.
virgineas sit portio vestra choræas,

[cum ; D
quibus est æquum me, quas et pergere me-
loque mercedis ratio secernet ab hædis
m vita munda decor est in sorte secunda.
is o utinam nostram regat ordo carinam
re portum, paradisi scilicet hortum !
colit æterno gaudens per gramina verno
felix, cum qua, si non rosa, sim salianca.
. *Commendatio virtutum per comparisonem.*
itas flos est, et virginis aurea dos est ;

d est, *Marbodus Red. episcopus Hildeberto*
. *episcopo.*
romeius, al. :

A Concubitus sæx est, merces sua pessima nex est ;
Ebrietas fax est, lymphæ potatio pax est ;
Ira leo trux est, patientia prævia lux est :
Livor edax crux est, et ad impia tartara dux est ;
Vera fides nix est, fraus et deceptio pix est ;
Mens humilis thus est, inflata superbia pus est.

XIV. *Ad Virginem Deo dicatam.*

Pro corruptibili plenoque dolore cubili,
Quo maculat nuptas brevis et culpanda voluptas,
Nec moderata satis per amorem posteritatis,
Quoque dies partus cruciatos dissipat artus,
Es sortita torum, quem nec pressura dolorum,
Nec timor infestat, nec sordida culpa molestat :
In quo Rex regum jacet, et sua gloria tesum
Cujus ad amplexus non est corruptio sexus,

B Qui te fecundat cujus te gratia mundat,
De quo, quando parls, nova gaudia, non cruciaris,
Germina virtutis generans mercede salutis ;
Qui senium nescit, cui lux collata nigrescit,
Quem sol miratur; quem luna pavens veneratur,
Qui cælum fecit, terræ fundamina jecit,
Cujus filgmentum magni maris est elementum,
Imperio cujus nitor exstitit aeris hujus.
O nimium felix ! si nosceris esse fidelis
Connubio tanto, cujus præconia canto.
Debeo non quantum, sed quantum suppeto tantum,
Obsecro te, nolis parituræ gaudia prolis :
Nec sponsam aperes cui non sit foreitan hæres,
Cujus vel cari possis de morte gravari,
Vel non dilecti vita seu funere plecti.

C Castis juncta choris nunc diceris aula pudoris,
Angelicus cætus servat tibi munera lætus,
Cæli virtutes cupiunt tibi ferre salutes.
Sponsam mirantur quotquot sponso famulantur,
Ipsa parens Christi, quam sponte secuta fuisti,
Te contemplantur, te diligit et veneratur.
Hiscine [f. Disce ne] contemptis tradas tua præmia.

[ventis :

At de regina (sed sit procul ista ruina)
Inter spurcitas carnales concuba flas
Vilis personæ sub tristi conditione ;
An fieri malis prædatio dæmonialis
Quam pretio morum mercari regna polorum ?

XV. *Ad virginem devotam.*

Splendidior stella, simplex et munda puella,
Quam Deus elegit, quam nulla libido subegit,
Fæc ut cæpisti quod mundo displicet isti,
Sperne leves curas, et res attende futuras,
Disce placere Deo summo, potitura trophæo ;
Nil de præsentis castæ sit amabile menti,
Nec tibi sit durum quidquam cito periturum.
Rebus in humanis labor exercetur inanis,
Nec longum gaudet qui spe quod improbus audet.
Quod modo blanditur, per id ad loca tetra venit,
Quod modo contristat a fletu postmodo distat.
O miserum risum quo perdit homo paradisum !

Magna velut modico si gemma locatu in auro
(4) Hom., al. :
Nec non subtili certare paramus Aragne

O lacrymas lætas quas longa remunerat ætas !

XVI. *Dissuasio amoris Veneri.*

Egregium vultum modica pinguedine fultum.

Plus nive candentem, plusquam rosa verna ruben-

[tem,

Sidereum visum, spondentem mollia risum,
Flammea labrorum libamina subumidorum,
Dentes candentes modicos seriemque tenentes,
Membraque cum succo, moresque bouos sine fuco
Illa puella gerit quæ se mihi jungere quærit.

Hanc puer insignis, cujus decor est meus ignis,
Diligit hanc, captat, huic se placiturus adaptat ;
Quæ, puero spreto, me vult, mihi mandat : Aveo :
Et mihi blanditur, quia respuo, pene moritur.

Si fecisset idem mihi turpis femina pridem,
Ad Venerem motus fierem lascivia totus ;
Pectore nuno duro, nec verba, nec oscula curo,
Oscula plena bonis lascivæ perditionis,

Illecebris quorum capitur captator amorum
Verba cor intrantum blandissima dulciora, tantum
Ut flectant mentem silices ferrumque gerentem ;
Sed mea dum crescit flecti vesania nescit ;
Oscula dum sperno, spernens tamen oscula cerno,
Verbaque blanda sonis animum motura spemonte,
Quod quamvis cernam, non possum quin ea sper-

(nam ;

Durius est ferro telum quo saucius erro.

Vires alterius vitii *f. vicit*) fomes, necat hujus ;

O res digna nota ! dat amor contraria vota ;

Luxuriæ vitio castissimus en ego flo,

Quod duros mollit, hoc mollietiam mihi tollit.

Quid sibi vult, quæso, quod amoris cuspide læso

Displicet ipsa Venus ? Quis avarus spernere fenus ?

Quis lucra mereator ? Quis fruges novit arator ?

Versa natura mutantur pristina jura,

Si cibus impastum facit, et lascivia castum,

Si metus audacem, si mens secura fugacem.

Talis multa modi sunt hujus vincula nodi,

Sed regnum Satanae vexat dissensio plane,

Et se divellit dum culpam culpa repellit.

Regnum virtutum servat concordia tutum,

Et solvi nescit dum pace sua coalescit.

Est igitur satius, ut castris applicer hujus,

Quod sua pax munit, quam quod discordia punit,

Quod stat mansurum, quam quod titubat ruiturum.

1562 XVII. *Pœnitudo lascivi amoris.*

Strictus eram loris vesani nuper amoris,

Captus eram visco, sed nunc pudet, et resipisco ;

Defloit ille furor, et jam minus et minus uror,

Mensque colorque redit, pallorque furorque rece-

[dit.

O bone Salvator ! quam decipit omnis amator !

Turpia pulchra putat, pro nigris candida mutat.

Cœni fetorem pigmenti credit odorem ;

Dulciora sicut mel testatur amara velut fel ;

Dum comedit lapidem, se pane frui putat idem,

Et serpentinum virus potat quasi vinum.

A Dum vitium fovi, non noxam quæ modo novi ;

Cæcus eram plane cor habens virtutis inane,

Premia deceptus mihi magna videbar adeptus

Oscula si quando meruissem pauca rogando,

Sicut odor floris sic tunc odor illius oris

Esse videbatur, qui nunc secus esse probatur ;

Ut rosa candorem miscens simul atque roborem,

Sic mihi tunc vultus qui nunc pallore sepultus ;

Non quia mutatus fit odor, vel vultus amatus,

Sed mutatus ego, quondam mihi chara relego.

Nam mens errabat mea tunc, reprobamque proba-

[bat ;

Errabat mea mens fervore libidinis amens,

Nec succensa minus quam solvens saxa caminus.

Quid quod pupilla mihi charior ille, vel illa,

B Vix vellet fari dum se sentiret amari.

Si tot vel tantis cor non crucietur amantis,

Sufficit hic fastus ut malum [*f. malim*] vivere ca-

[stus.

Ergo maneto foris, puer aliger, auctor amoris.

Nullus in æde mea tibi sit locus, o Cytheræ !

Displicet amplexus utriusque quidem mihi sexus,

Sed plus me ledit qui plus a jure recedit.

Omnia sunt foris vitæ delicta prioris.

Omnia nam sprevi, multumque per omnia flevi ;

Mutavi vultum, flevisque per omnia multum ;

Si repetam spreto vitium, mihi fiat acetum,

Et panis cœnum, vermis caro, lacque venenum

Pro græve bufonem comedam, pro pisce draconem

XVIII. *De abbate usurpante pontificalia.*

Abbas sola gerens insignia pontificatus,

C Scilicet anellum, quantos, scandalia, mitram ;

Cum super abbatem sit et intra pontificatum,

Esse potest neutrum, vel si dicatur utrumque,

Centauro simile monstrum reor esse biforme :

Quod si pontificem simulat, sed permanet abbas,

Permanet ergo latens sub pelle leonis asellus,

Aut velut in scena personam fert alienam.

XIX. *Circa majestatem (5).*

Non Patris hæc forma est, nec Nati forma paterna ;

Forma tamen nati est, sed quam de Virgine sum-

[psit,

O signum magnum ! timet et colit angelus Agnam,

Et metuit tellus positum super æthera vellus ;

Agnus enim Deus est, et ei servire salus est.

Corpus divinum vellus designat ovinum,

D Bis silicem virga dux percutit atque propheta,

Ictio bina ducis sunt duo ligna crucis ;

Fons est de petra populo datus absque metreta,

Larga salus hominum corpore de Domini.

Discipuli bis sex quibus est commissa Dei lex,

Sunt lapides bis sex quos in diademate fert rex.

1564 XX. *Laus vitæ monasticæ.*

(Ad ms. Andegav. et S. Gatiani Turon. R. P. Sirmundo relatum ut incerti auctoris in notis ad epist. Goffridi Vind. lib. iv.)

Felix grex hominum, qui Christi dogma sequentes

(5) Titulus certe aptior foret, *De Incarnatione Verbi,*

Contemptis opibus, nil proprium retinent.
 Unius arbitrio quos regula sancta coercet,
 Quorum quiesque suo nil agit arbitrio.
 Cor quibus est unum, quibus indiscreta voluntas,
 Par cunctis habitus, et cibus est similis;
 Sic tamen ut capiat quo quiesque videtur egero,
 Ætas ut fragilis debilitasve jubet,
 Luxus abest omnia, peccandi rara facultas,
 Cuncti cunctorum cum timeant oculos.
 Lex communis habet visas mox prodere culpas,
 Ut nascens vitium pœna sequens resecet.
 Desidiam fugiunt, labor utilis occupat omnes,
 Noxia torpentes ne subeant animos.
 Confusum nihil est ubi sunt ordine cuncta,
 Curatur totum negligiturque nihil.
 Nec solum vitæ, sed constat et ordo loquendi,
 Dispensant æque maxima cum minimis.
 Non nisi præscripto quisquam loquiturve, siletve,
 Stat, sedet, incedit ordine quiesque suo.
 Ecclesiæ limen noctesque diesque frequentant,
 Et sanctis precibus seque suosque juvant.
 Quid moror, et verbis evolvere singula tento?
 Quidquid agunt opus est corporis aut animæ.
 Quidquod sic habitant ut sit sacer ipse domorum,
 Et situs et numerus, sufficiensque sibi.
 Quadratam speciem structura domestica præfert
 Atria bis binis incluta porticibus,
 Quæ tribus incluse domibus, quas corporis usus
 Postulat, et quarta quæ domus est Domini,
 Discursum monachis, vitam dant, et stationem,
 Qua velut in caulis contineantur oves.
 Quarum prima domus servat potumque cibumque,
 Ex quibus hos reficit juncta secunda domus;
 Tertia membra fovet lassata labore diurno;
 Quarta Dei laudes assidue resonat,
 Plurima prætereo simili condigna relatu,
 Sed breviter dicam, nil superest, vel abest.
 Hos igitur proceres, hunc dignum laude senatum
 Exiguam specie, moribus eximium,
 Comparo formicis quarum studiosa laborum
 Turmula convectat corpore majus onus;
 Quæ ne non possint communem ducere vitam
 lisdem sub laribus horrea parva locant.
 Comparo divinis apibus, quæ corpore parvo.
 Ingentes animas egregiasque gerunt.
 Hexagonis cellis, quæ mella liquentia condunt,
 Utile mirificum quod fabricantur opus.
 Quæ disciplinam, quæ jura domestica servant,
 Quasque simul reficit ingeniosa domus.
 Comparo sideribus quibus aula superna refulget,
 Aera quæ furvum noctibus irradiant.
 Quæ semel impositam servant per sæcula legem,
 Quæ solitos cursus et numeros peragunt.
 Comparo gyraanti solemniter omnia cælo;
 Insuper angelicis comparo virtutibus.
 Qui semper sanctus replicata voce resultant

A In terris monachi quod modulantur idem,
 Sic cherubim cælo, monachi tellure manentes,
 Uni dant unum servitium Domino.
 XXI. *Marbodus Samsini episcopo* (6).
 Invidet antiquum pelagi mihi fluctus amicum;
 Oceani limes separat unanimes.
 Nec pons in ponto, nec sunt vada pervia conto,
 Ut solet in Ligeri navis adacta geri.
 Sed neque prudentis reor aut se tradere ventis,
 1565 Aut sua, se spreto, credere fata freto.
 Æquora sunt tantum generi concessa natantum,
 Tellus gressilibus, aura volatilibus.
 Ut chorus astrorum servat convexa polorum,
 Quadrupla materies fert totidem species.
 Regnum Neptuni generi sic competit uni,
 B Nostra sed improbitas res it in illicitas.
 Inde sit ut dubitem cautus ne pericula vitæ,
 An stultus siam propter amicitiam.
 Opto tuum vultum, mi præsul, cernere multum,
 Amplectique senem quem colui juvenem.
 Sacratasque manus cano conjungere canus,
 Colloquiumque tui, dulcis amice, frui,
 Hospitiique fidem, collataque munera pridem.
 Quæ labor est scribi commemorare tibi
 Ne pater ingratus cui sum servire paratus,
 Cui si me dederò, non tamen æquus ero.
 Sed gelidum pectus, sed fessa labore senectus
 Obstat ne faciam per maria alta viam.
 Si fines vestri peterentur calle pedestri,
 Ad charas ædes ferret, amice, pedes.
 At tu qui vegetus, qui ventos spernere suetus,
 C Undis circumagi non metuis pelagi,
 More tuæ gentis grave quidlibet aggredientis,
 Visere, quando voles, littora nostra valæ.
 Hæc tu parte salus, tuus est pater hinc generatus,
 Ad natale solum fas sit inire salum.
 Hic domus, hic fundus; prior hic locus, ille se-
 [cundus;
 Te locus hic docuit, quo locus ille cluit.
 Ut patriam repetas, maris aude rumpere metas;
 Illis namque plagis præsul et exsul agis.
 Est et in his oris æquum tibi culmen honoris,
 Urbem, quæ genuit te, tuus obtinuit.
 Hic stas antistes, licet istinc corpore distes,
 Urbem quippe rego, quam regit alter ego.
 Huc igitur poteris, nisi nos non visere quæris,
 D Moliri reditum, cum fuerit libitum.
 Quo si forte vocas citus occurram Bajocas,
 Sedes præsulibus sufficit illa tribus.
 Aut si displicet hoc, si currere despicias istoc,
 Dis quo jussus eam, sed cave ne peream.
 XXII. *M. episcopus R. archidiacono* (7).
 Amplector missos a te, charissime filii,
 Versus ingenii signa benigna tui.
 Amplector laudes fama vulgante relatas,
 Indolis acquirunt quas documenta tuæ.

(6) Forte Westriensi, sive Wincenstriensi episcopo, quem Henricus Huntingdon. clarissimum vocat *Angl. sacræ* parte II, p. 700.

(7) Forte *Marbodus Rivalloni archidiacono Nannetensi*, de quo vide notas D. Loyauté, supra.

Gratulor auspiciis vitæ morumque honorum,
 Quos in te Christus, qui dederat, recipit.
 Ecclesiæ castris te gratulor associatum,
 Qui modo sub mundi principe miles eras
 Nec te pœniteat, quasi sis pejora seculus,
 Cito rudis factus milite de veteri.
 Scilicet abjectus magna eligit [*f. magis eligis*] esse
 [propheta

Quam peccatorum castra nefanda sequi.
 Passa tamen non est de te dignatio Christi
 Ut vilis fieres inferiore loco.
 Archidiaconi mox sublimatus honore
 Absque labore capis quod labor assequitur.
 Sed non displiceat rectoribus Ecclesiarum
 Accepisse rudem, quod foret emeriti.
 Censuræ canonum res non præjudicat ista,
 Quandoquidem, claudi lege, nequit probitas.
 Consummata brevi compensat tempora multa
 Virtus, et merito quod petit anticipat.
 Altum quippe locum datis tu dotibus implet
 Ornas susceptum moribus offitium.
 Te perhibet justum, perhibet te fama pudicum;
 Tu bonus alloquio promptus et obsequio,
 Ut non sit dubium generosi germinis esse,
 1566 Quem sic commendat nobilitas animi.
 Rex te concupit, mi dilectissime fili,
 Ut David Uriæ conjugis obsequium.
 Dæmone prostrato, sociavit te sibi Christus,
 Ut per te crescat regia progenies.
 Saulus eras, nunc Paulus eris, Christoque iubente
 Postmodo pontificis suscipies apicem.
 Hæc nobis de te spes, generose Riallon,
 Hæc ne frustremur, nocte dieque stude.
 Me vero facilem, me promptum semper habebis,
 Ut tibi non desit quidquid habere queam.
 Conservus Dominus [*f. Domini*] tibi sicut, patronus,
 [amicus,

Et quidquid juste plusve minusve petes.

XXIII. *M. episcopus E. comitissæ* (8).

Filia Fulconis, decus Armoricæ regionis,
 Pulchra, pudica, decens, candida, clara, recens,
 Si non passa fores thalamos, partusque labores,
 Posses esse meo Cynthia iudicio.
 Sed quia juncta mari castæ nequit æquiparari,
 Est etiam potior virginitatis honor.
 In grege nuptarum credi potes una dearum,
 Prima vel in primis, o speciosa nimis!
 Sed tuus iste decor, sata principe, principis uxor,
 Transiet ut fumus, et cito fiet humus.
 Aut si dilato current tua tempora fato,
 Heu dirum facinus! efficeris anus.
 Vultus formosus laudatur, et est pretiosus.
 Sed mors vel senium destruet hoc pretium.
 Luce micans acies, quæ vulnerat aspicientes,
 Et flavus crinis, fiet utrumque cinis.
 Fama refert de te quod non sit femina præ te
 Pollens eloquio, callida consilio.

(8) Ermenegardi, filie Fulconis Richini, uxori
 Aladi dicti *Fergent*, Britannicæ ducis.

A Hæc quoque deficient, et tantum fabula fient.
 Narrat et antiquos fabula doctiloquos.
 Stragula blattarum vestis cibus ac tinearum,
 Et metuens fures aurea congeries,
 Omni prudenti sic sunt quasi flamina venti,
 Flamina prætereunt, nec minus hoc pereunt.
 Mollities lecti quid confert murice tecti?
 Aufert quippe tori gloria nulla mori [*f. gaudia*]
 [posse mori.]
 Delicias mensæ quasi vilis fercula cense,
 Charum cum vili vertitur in nihili.
 Servos, ancillas, cum turribus, oppida, villas
 Quisquis habet vivens deseret et moriens
 Arminie pelles, exornatusque satelles
 Quem laudis titulum dant tibi post tumultum?
 Quid maris et terræ properem bona cuncta referre,
 B Quæ quasi te ditant, et tibi suppeditant?
 Divitiæ tales sunt nulli perpetuales,
 Cum mundo vadunt, cumque cadente cadunt.
 At quod amas Christum, quod mundum despicias
 [istum
 Et quod pauperibus vestis es atque cibus,
 Hoc te formosam facit at Domino pretiosam;
 Nec mors, nec senium destruet hoc pretium.

XXIV. *Ad reginam Anglorum* (9).

Est operæ pretium lentasse pericula Ponti,
 Et dubiæ sortis pertimuisse minas.
 Reginam vidisse juvat, quam nulla decore
 Corporis ac vultus æquiparare queat.
 Quem tamen occultans laxæ velamine vestis
 Sola pudore novo dissimulare cupit
 C Sed nequit abscondi propria quod luce coruscat,
 Et vibrat radios nubila sol penetrans.
 Egregios mores, ac melle fluentia verba.
 Plus reticere juvat, quam minus inde loqui.
 Affectant aliæ quod eis natura negavit,
 1567 Purpureas niveo pingere lacte genas:
 Fucatosque trahit facies medicata colores,
 Distinguendo notas artis adulterio.
 Comprimit exstantes quarundam fascias mammas,
 Et longum fingit vestis adacta latus.
 Hæ partim retegunt laxosa fronte capillos,
 Et calamistrato crine placere volunt.
 Tu, regina, quod es, metuis formosa videri,
 Quæ coemunt aliæ munera gratis habens.
 Præstat habere palam quo te natura beavit,
 D Sis ingrata Deo si sua dona neges,
 Accensam modio vis occultare lucernam,
 Non tua, sed Domini munera dantis habes.
 Virgo, pudica licet, tamen aptat pulchra videri,
 Et castam mentem candida forma decet.
 O regis conjux proavis ex regibus orta!
 Magna tegi nequeunt, parva latere solent.
 Vivet fama tui quantum mea carmina vivent,
 Et te cantabit, qui mea scripta legat.

XXV. *De Annuntiatione Domini.*

Missus ad egregiam Gabriel tulit ista Mariam:

(9) Forte Matildem.

Innuba semper ave, flos pulcher, o ensque suave,
 Christum ventre ferens, benedicta super mulieres ;
 Solus erit salvus, tua quem salvaverit alvus :
 Ex te nascetur qui sceptrum David moderetur,
 De fructu cujus spes germinis exiet hujus,
 Nunc et in æternum gerit hic diademata paternum,
 Jesus erit dictus super omnia rex benedictus,
 O felix fructus ! vertens in gaudia luctus.
 O germen sanctum ! neque tale fuit, neque tantum.
 Talibus auditis fatur virguncula mitis :
 Quomodo concipiam, vel mater quomodo fiam,
 Quæ, sicut vovi, neque nosco virum, neque novi ?
 Corruptos artus sequitur conceptio partus ;
 Quæ cotum nescit, venter suus unde tumescit ?
 Virgine sic fata, vox est divina relata :
 Progenies Jesse, Deus est, qui sic jubet esse,
 Quique jubens esse, facit esse jubendo necesse.
 Spiritus æternus tibi castæ, favorque paternus
 Intus obumbrabit, ventremque tuum gravidabit.
 Filius ipse Dei, noctis sator atque diei,
 Rector cælorum Deus, et Dominus dominorum,
 Naturæ geminæ, sine principio, sine fine,
 Ultimus et primus, longus, brevis, altus et imus,
 Parvulus et magnus, magnus leo, parvulus agnus.
 Ex te mortalis qualis pater (10), ex patre talis ;
 Et tu stella maris, miseris eris auxiliatrix,
 Spes peccatorum, regina beata polorum,
 In terris, totis pia, sancta, vocabere, votis.
 Justitiæ solis Genitrix sine semine prolis,
 Neu dubitare velis, verbo jam facta fidelis,
 Elisabeth sterili datus est in ventre senili
 De marcente viro magnus puer, ordine miro,
 Lacte tumens pectus jam discit habere senectus,
 Pignore gaudet anus, gaudet quoque pignore canus.
 Partus cognatæ minor est, et discrepat a te,
 Judex et præco nec pondere penditur æquo.
 Sed tamen ut similem servi probat ortus herilem,
 Si sterilis gravis est, si Virgo puerpera vis est,
 Unam qui credit non hunc res altera lædit.
 Hinc firmato fidem, duo mira facit Deus idem.
 Credula respondit : Qui per te tanta spondit
 Ut salvet mundum, mihi det tua verba secundum.

1568 XXVI. De Epiphania.

Inter festa Dei micat hujus origo diei,
 In qua donatus nuper de Virgine natus,
 Muneribus trinis Deus est tribus a peregrinis,
 Prævia Chaldaeos quo fulgida miserat eos,
 Stella viros duxit, quæ cælo maxima luxit,
 Dum stans innueret qua Christus in æde jaceret.
 Res miranda nimis, sedis [/. æclis] incognita
 [primis !
 Sub tecta solem monstravit stella jacentem.
 O novitas rerum, veniens in fine dierum !
 In stabulo jacuit qui tellurem stabilivit.
 Per quem sol fulsit, matris puer ubera suxit.
 Factorem lanæ meruerunt stringere cunæ.

A Non solum tellus, non tantum bos et asellus,
 Hoc opus expavit, quod non natura creavit,
 Sed mare, sed barathrum, sed homo, sed et omne
 [creatum,

Cæli virtutes hoc aspexere trementes.

Clausit majorem minor, et post nata priorem.
 Sol fuit in stella, Deus in prægnante puella.
 Hunc igitur solem, natam sine semine prolem,
 Solem justitiæ, genitum de ventre Mariæ,
 Obscurum solem, carnis sub nube latentem,
 Monstrat stella magis ; parvi cunabula regis
 Tres adeunt reges, tria mystica dona ferentes.
 Auro regnantem venerantur, thure tonantem ;
 Aptæ sepulture confertur myrrha futuræ.
 Primitias fidei consecravere Sabæi,

B Ad Christum gentes venturas significantes.

Auctorem vitæ populi genus Israelitæ
 Edens ignorat, credens gentilis adorat.
 Hæc igitur causa celebratur, et est pretiosa
 Festa dies hodie, quæ dicitur Epiphaniæ,
 Fit celebris merito fidei nascentis origo.
 Altera causa subest, qua nobilis ista dies est ;
 Incipiens annum Salvator inire tricenum,
 Undas Jordanis petit, et baptismo Joannis,
 Non dedignatus, quamvis sine-labe creatus,
 Turbis sorte pari vulgaribus associari.
 Non eguit tergi, voluit qui flumine mergi ;
 Lotus aquas lavit, baptismaque sanctificavit.
 Utque patens fieret quæ virtus carne lateret,
 Lactea venit avis sine felle columba suavis,
 Indiciumque dedit, super illum quando resedit,

C Flamme quodam sancto [/. quod sancto] plenus fo-
 [ret in grege tanto.

Mox et de cælis vox est audita fidelis,
 Testificans gratum Patri super omnia gnatum.
 Terruit hæc annem vox, terruit ipsa Joannem :
 Terruit adstantes, tonitrum sonuisse putantes.
 Expavit flumen tantum contingere numen.
 Jordanis cursum vertit fugiendo retrorsum ;
 Nam vox illa Patris fuit, et terror deitatis
 Sanctificantis aquas, ad gentes purificandas
 Non veteri lavacro, verum baptisate sacro,
 Quod persona triplex sacrat et substantia simplex,
 Gnaties [/. Gnatus], et inæatus, et Spiritus imma-
 [culatus ;

Et quod non hominem tantum lavat exteriorem,
 D Sed mentes mundat, sed cor credentis inundat,
 Signum præterea fecit Deus in Galilæa
 Hac ipsaque die per circuitum redeunte,
 Quo manifestavit, quia quæ novat ipse creavit,
 Nam species rerum mutat factor specierum,
 Et variat formas solus qui condidit illas.
 Cum reliquis notis, sponsalibus innuba votis
 Intererat mater, cum discipulisque magister.
 Deficiente mero, calicum cessante ministro,
 Jussit Christus aqua repleri bis tria vasa,
 Binas vel ternas capientia quæque metretas.

(10) Id est, qualis pater ordinarius fuisset, scilicet mortalis.

Moxque jubente Deo, mutatur lympba loco [f. limo],
 1569 Et nova lex veterem superat gustata sapo-
 [rem.]

Consuevere premi fusuri vina racemi ;
 Hoc virtute nova vinum non fluxit ab una [f. mox
 [fluxit ab unda].

Vino victa sitis, sed non de germine vitis.
 Vix labor humanus, cum fertilis accidit annus,
 Elicit arte merum vario molimine rerum ;
 Jussu divino subito rubet hidria vino,
 Nec tardante mora, sit protinus unda sapor.
 Gratia naturam præcellit, jussio curam.
 Gustato vino, placuit sapor architriclino.
 Tot sacramentis Deus unicus Omnipotentis,
 Agnitus est hodie, sed et unicus ipse Mariæ.
 Stella, columba, merum perhibent simul hos ita B
 [verum.]

Est etiam dignum quartum contexere signum,
 Post anni cureum quod fecit in ordine rursum.
 Millia quinque virum, fuit hic ut cætera mirum,
 Panibus ex quinque pisciculisque binis
 Paverat, et corbes superarunt inde quater tres.
 Plura remanserunt quam panes quinque fuerunt ;
 Corbes bis senæ superarunt fragmine plenæ.
 Copia cælestis, cum vult Deus, influit escis.
 Sic de fragmentis posses dare, Christe, trecentis
 Millibus, et sportæ superessent inde trecentæ.
 Hos quoties edimus, reparare comesta nequimus :
 Sed quicumque vorat, totum comedendo minorat,
 Et quidquid restat minus est, dum plurima præstat.
 O brevis et metas patiens humana potestas !
 Ultra naturam nequiens extendere curam.
 At virtus Domini non est obnoxia fini.
 Auctor naturæ proprio facit omnia jure.
 Nam juvat attendi quis tunc fuit usus edendi ;
 Absque labore molæ cum panis crevit in ore,
 Crevit et in manibus, quamvis per frusta minutus ;
 Nec numero crevit, sed damnum massa replevit.
 Quidquid in hoc victu fuit, est mirabile dictu.
 Turbas replerunt panes, et quinque fuerunt,
 Non numero plures, sed pondera fertiliores.
 Piscibus augmentum par contulit usus edentum,
 Quod non defecit, donec se turba refecit.
 Sic ex quinque libris veteris sapientia legis,
 Ore magistrorum turbas reficit populorum ;
 Nec capit auditor quidquid valet edere doctor.
 O quantum festum, quam nobile, quam manife- D
 [stum !

XXVI. De Hypapante Domini.

Scribere delectat rem quæ pia pectora flectat,
 Et recitare bonis juvat acta senis Simeonis.
 Natus erat sub lege Deus de corpore matris
 Verus homo, non sicut homo, sine semine Patris.
 Mater eum, licet esse Deum certissima nosset,
 Proque reo solvenda Deo non solvere posset,
 Lege tamen consueta dari pro germine primo,
 Ferre parat cum prole nova duo munera templo :

(11) Vermiculi genus tempore messis nocte micantis.

A Quippe columbino fetu, vel turture bino,
 Jussa fuit redimi pueri generatio primi.
 Ergo parens, sed labe carens, hæc dona ferebat ;
 Cujus onus puer ille bonus, Deus ipse nitebat.
 Cum tremulus Simeon vetulus, justissimus idem,
 Vidit eum, sensitque Deum, sicut sibi pridem
 Vaticinans ait Altitonans quod non moreretur,
 Donec ei persona Dei gestanda daretur.
 Tendens ergo manus, recipit sacra pignora canus,
 Ut tenet infantem super æstra poli dominantem.
 Est igitur quod conspicitur mirabile mundo,
 Cœlicolis et terrigenis, barathrique profundo.
 Suscipitur qui non capitur regione locorum ;
 Et geritur, per quem geritur domus alta polorum.

O senium felix nimium ! bene sustinuisti,
 Jam radiat, quæ te satiat, præsentia Christi,
 1570 Ecce salutaris populorum sistitur aris
 Corpore se celat lumen, quod cuncta revelat.
 Dio senior quo non melior, neque dulcior ullus.
 Quid tibi det qui corda videt Deus ille pusillus ?
 Fessus ait : Sua membra trahit vix spiritus iste :
 Sustinui quod non merui te cernere, Christe,
 Jam satis est, et nil superest, nisi pace quietis
 Posse frui, regni que tui pausare diætiæ.
 O lux percelebris, nullis fucanda tenebris,
 Clara cincindelis (11), stellatis proxima cœlis !
 Qua te laude feram, quæ fers pro Virgine ceram
 Lumine fulgentem, de se quoque lumen alentem,
 Ut dedit infanti Genitrix alimenta tonanti,
 Propterea turbæ nostra modulantur in urbe ;
 Et cum lucifere procedunt munere ceræ,

C. Moxque melodice Christo sonat atque Mariæ
 Omnis agit lætas grates et sexus et ætas,
 Dissimulat nullus, nec dissonat ulla, vel ultus ;
 Ipse tenellorum grex innocuus puerorum
 Obviat infanti festum celebrans properanti,]
 Virgineusque chorus tibi, Virgo Maria, canorus
 Cum Simeone senum dat concio carnem amœnum,
 Ultima castarum regit Anna choros viduarum.
 Salve, clara dies, merito celeberrima fies,
 Donec in Ecclesia regnabit sancta sophia,
 Lux recedenda, vale, festum decus et speciale.

XXVII. Triumphus Christi in sua Ascensione.

Destructor mortis, vitæque dator, leo fortis
 Postquam surrexit, Thoma dubitante, retexit
 Stigmata clavorum coram grege discipulorum,
 Palpandumque dedit latus, bibit atque comedit,
 Ne quod spectarent, umbram sine carne putarent ;
 Spiritus est, inquit, qui postquam membra relin-
 [quit

Expers est ossis, nec is est quem tangere possis,
 Me carnem vere, sed et ossa videtis habere.
 His argumentis detersit vulnera mentis,
 Indiciis tantis solidavit oer dubitantis.
 Visus præterea plusquam semel in Galilæa
 Fecit se notum removens dubitabile totum.
 Expulerat Phœbus dens quater æstra diebus,

Cum remeare parat, postquam mandata patrarat, A
Ad Patris æterni solum [f. solium], regniq[ue] su-
[perni].

Tunc adhibens tunc tres binosque simul sibi testes,
Per quos diffundi possent hæc per loca mundi.

Exit ab urbe foras vicini montis ad oras,
Montis Oliveti fuerant quem scandere sueti.

Quo simul ascendit, palmas ad sidera tendit,
Cum quibus et vixit, discedens his benedixit;

Deque statu regni mansuro jure perenni,
Vel de promisso qui de Patre prodit et ipso

Mulla prius fatus est a tellure levatus,

Et cum voce tubæ vehitur per nubila nube,
Pennas ventorum Deus exsuperando deorum,

Millia sanctorum referens captiva priorum
De portis mortis quos eripuit leo fortis.

Obvia summorum canit harmonia polorum,
Angelique chori reboant non laude minori,

Clara triumphanti congaudent astra Tonanti.
Suscipit æthereas oculis ac mente choreas

Grex undenorum stupefactus discipulorum,
Cum subito vestes nivei candoris habentes

Adstant vicini, divino munere, bini

Missi de cœlis auditque caterva fidelis:

Quid stupidi? Oculos quid ad astra levatis?

Filius ecce Dei petit astra, viri Galilæi,

In membris istis, quæ visa manu tetigistis

Cum cœli castris judex venturus ab astris

Æc fati rursus tendunt ad sidera cursum.

Hærentes terræ cupiunt cor ad æthera ferre;

1571 Sic docuit cunctos fervente fide sibi jun-
[ctos

Christus discipulos, velut ales regia pullos

Terra sublata cœlis inferre volatum,

Ut coeant aquilæ quo corpus habetur herile.

Sed quis mortalis poterit, rogo, vel quibus alie

Ardua moliri, summoque polo stabiliri,

Terrea cum moles, cum simus carnea proles,

Cumque premens dorsum teneat nos culpa deorsum?

Hoc pondus morbi primus pater intulit orbi,

Ille pater primus cum quo peccando perimus.

Abstulit hoc pondus, mortem vincendo, secundus.

Quem si diligimus, per eum de morte redimus.

Pœnas inferni meruit mens subdita carni,

Ordine perverso rationis acumine terso;

Quæ dominabatur rursus caro subjiçatur

Imperio mentis pura ratione vigentis,

Virtutum pennis repetatur vita perennis,

Pondere peccati defluximus unde gravati.

Et Pater et Natus veteres abolendo reatus,

Hac opa confusus proprios ne subtrahere nisus:

Nam grave quod sentis vincet manus Omnipotentis.

Jam membrum Christi, qui dæmonis ante fuisti,

Ad caput aspira sumpturæ præmia mira.

XXVIII. *Sermo de vitiis et virtutibus.* — (12) *Peten-*
dam esse solitudinem.

Rus habet in silva patrus meus; huc mihi sæpe

(12) Quam egregie versificarentur prisci illi poætæ,
cum ad rhythmum non constringerentur, hoc et

Mos est abjectis curarum sordibus, et quæ
Excruciant hominem, secedere ruris amœna;

Herba virens, et silva silens, et spiritus aure

Lenis et festivus, et fons in gramine vivus

Defessam mentem recreant, et me mihi reddunt,

Et faciunt in me consistere: nam quis in urbe

Sollicita, et variis fervente tumultibus exstat,

Qui non extra se rapiatur, et expers

Ipsæ sui vanis impendant tempora rebus?

Hinc amor, inde odium, timor hinc premit, inde cu-
[pido];

Inter se diversa quidem, sed lege sub una

Ignaras veri falso subdentia mentes.

Quatuor hæc sequitur vitiorum exercitus omnis;

Vix adeo est aliquis qui non putet ista sequenda,

Vel fugienda putans, qui non tamen ista sequatur;

B Quippe renitentem trahit impetus ipse ruentum.

Et premit a tergo velut indevexa malorum.

Est igitur primum, turbis elabier, et sic

Præcipitem fixisse gradum, cursumque tenere.

Tum demum reditum festinet ad alta relictæ

Præmia virtutis, cui cura est ulla salutis;

Sed grave forte putat, quoniam prærupta secutus

Ardua moliri rursus nequit absque labore;

Esse putet gravius in præruptissima mergi

Unde referre pedem, vel ibi sine fine manere,

Maximus hoc labor; illud sors pessima rerum.

Ergo quod levius prius aggrediamur oportet,

Si leve nil restat, quod restat id aggrediamur.

Si malus es, noli pejor, vel pessimus esse;

Quod si sis etiam deterrimus, ad meliorem

C Paulatim cor repe [f. cor rape] statum: nam maxi-
[ma laus est

Rem perdifficilem summo superare labore.

Si te contempnis, potes hanc contemnere laudem,

Sed nimis impius est et homo præposterus ille

Qui sua sollicitus curat, se despicit ipsum.

Frustra quippe lucris inhiat, frustra colis agrum

Incultæ mentis damno si deficiis ipse.

Nam si non sentis lucra vel dispendia mentis

Deditus his solis quæ corporis indicat usus;

1572 Cum sensu careas desperatissimus æger,

Non homo jam, sed humus vel bestia jure vo-
[caris].

Hic de pestifera fit consuetudine morbus

Lethargo similis; sed et hinc evadere quosdam

D Contigit exceptos mortis de faucibus ipsis;

Suscitat hos aliquando quidem fortuna sinistra

Pulsans atque movens socordia pectora; quippe

Casibus adversis patet inconstantia rerum,

Nec fieri quemquam fugitivus posse beatum

Indicat ipse dolor qui de fugientibus exstat.

Nunc uno prosper rerum successus, et ipsa

De non perdendis jam perdita sollicitudo

Suscitat ostendens etiam hanc imparce [f. impense
[laborem],

Excitat, ut videant quanto languore graventur,

pluribus ejusdem pretii liberioribus carminibus li-
quet.

Sed non ut valeant languoris pellere causas.
 Qui dolet, aut metuit, patet hunc non esse beatum;
 Qui perdit quod amat, vel amat quod perdere
 [possit,

Hic dolet aut metuit, sed non est ulla voluptas
 Rebus in extremis, quam non cito perdere possis.
 Ergo voluptatum nullum facit ulla beatum,
 Indicat hoc ipsi duplex fortuna fruenti,
 Tristis in amissis, aut anxia de retinendis.
 Sors eadem cupidos omnes infestat, et illum
 Qui cum nil habeat, multum tamen optat habere;
 Et qui plurat cupit, cum jam sibi multa supersint.
 His ita compertis, mentisque sopore fugato,
 Morbi quære fugam: nam sponte sua febrientem
 Damnat apud medicum pereundi prava voluntas,
 Nec tibi differ opem, quoniam dilatio curæ
 Morte repentina nonnunquam interficit ægrum.
 Ad recipiscendum præsens est aptior hora,
 Intra tot curas infinitosque labores.
 Aspice quam breve sit quod vivimus; omnia vitæ
 Tempora præteritæ mortis consumpsit imago.
 Mortis imago tenet nihilominus omne futurum.
 Illud tantillum spatii brevis, atque pusillum
 Quod vivis præsens, jam præteritum fit et absens.
 Hæc et plura mihi licet, atque libet meditari,
 Fronde sub agresti dum rure moror patrueli.

XXIX. *Contemptus præsentis vitæ.*

(Marb. e ms. S. Galiani Tur.)

Vitæ præsentis si comparo gaudia ventis,
 Cum neutrum duret, nemo reprehendere curet.
 Omnis in hoc mundo fidens, est sicut arundo,
 Quam ventus jactat, fluviusque simul labefactat.
 Sunt mala mista bonis humanæ conditionis
 Imparat mensura, quia mista bonis mala plura.
 Non bene lætatur, cui flendi causa paratur.
 Nec stat securus, qui nutat mox ruiturus.
 Sic dare vita statum nulli valet ista beatum,
 Cum sit inæqualis, nunc lucida, nunc pluvialis.
 Quod si forte daret, mors hunc tamen annihilaret,
 Quidquid vita dedit tollens, dum vita recedit.
 Job de præsentis vitæ brevitate querentis,
 Hæc sunt verba fere: Nascens homo de muliere,
 Ut flos apparet; venit æstus, protinus aret,
 Ergo sperne citam, longamque præelige vitam,
 Atque labore brevi requiem pete perpetis ævi.
 Fortunæ fragilis fiat tibi copia vilis
 Quæ nisi vilescat, frustra quem linquet inescat.
 Pauperibus large tua, dum tua sunt, bona sparge,
 Hæres nec curæ tibi sit tuus, o moriture.

XXX. *Dissuasio mundanæ cupiditatis.*

Vos qui diligitis bona quæ retinere nequitis,
 Et non diligitis quæ perpetua scitis,
 1573 Humanæ vitæ planctus audite; venite
 Ut pernoscatis quam vile sit id quod amatis,
 Et respiscatis, ne cum Satana pereatis.
 Forma puellarum, deceptio mentis earum,
 Et juvenum vultus circa barbam, sed adultus,
 Quos levitas morum laqueis innectit amorum.
 Horæ momento pereunt æqualia vento,

A Fitque cadaver humus, petit impia tartara fumus.
 Flent illo chari, nequeunt sed flendo juvari.
 Qui misere cœnas, metuens evacuare crumenas,
 Et tibi non parcis, nova dum marsupia farcis,
 Nescis servas ad cujus opus coæervas.
 Aurum quod nosti, servatur forsitan hosti.
 Mora rapiet quod habes, fietque caro tua tabes,
 Nec tecum tolles plenos rubigine folles.
 Infelix flatus luet æternos cruciatus.
 Forsan et hic fletus sed abit ut flendo juvenus,
 Ostro vestitus, gemmisque caput redimitus,
 Potans præclarum, comedens bona deliciarum,
 Jus mucronis habens, et in omnia crimina labens,
 Contemptor juris, et ebutus jure securis.
 Qui gravat atque premit quos Christus ab hoste re-

[demit,
 B Ut venit hora cadit, miser atque ad tartara vadit.
 Quod si ploratur, nunquid plorando juvatur?
 Lingua facundi, qui sectantes lucra mundi,
 Candida denigrant, et nigra loquendo dealbant,
 Cum dissolvuntur, nec nigra, nec alba loquuntur.
 Longum tormentum manet nos in valle silentium,
 Nec lacrymis flentum fit pœna minor patientum.
 Singula quid memorem, vitæ miserando laborem,
 In quibus insani studio vezantur inani,
 Quod restat totum facit assimilatio notum.
 O miseram sortem, vivendo quærere mortem!
 O mala fortuna, quam syllaba destruit una [mor sci
 [licet]

XXXI. *Quod non sit expavenda mors corporis.*

C Digna voluptatis plantaverat apta beatis,
 Adæ proviso Dominus Deus in paradiso.
 Cætera, dixit, ede; sed ab hoc ut ab hoste recede;
 Et tetigit sicum: Nimis hoc erit, inquit, iniquum,
 Si propter sicum tibi me facias inimicum.
 Quod si gustaris, sequitur simul ut moriaris.
 Qui vult morte mori, de sicibus applicet ori.
 Forte die quadam mulier sua venit ad Adam,
 Ex ejus costis mulier plasmata, sed hostis,
 Vultu composito venit placitura marito,
 Ut quod suaderet cito persuadere valeret.
 Ille jacebat humi, quo posset ab arbore sumi
 Dependens fructus, nostri primordia luctus.
 Conjugis alleva recubans tunc incipit Eva,
 Pectore jam pleno serpentis ab ore veneno:
 O mi, dixit, homo, cernis quæ gratia poma,
 D Cernis quam vescam se nobis ingerat escam,
 Per manifesta foris spondens occulta saporis!
 Præterea quare vellet Deus ista vetare
 Poma tibi tantum numero de fructificantum,
 Ni cibus iste daret, dare quod Deus ipse negaret?
 Arborei fetus festina mandere lætus
 Quam tibi do partem. Mulier seducta per artem
 Dæmonis, inescitum seduxit et ipsa maritum.
 Ob scelus amborum numero crescente malorum,
 Exulat a pago paradisi tota propago,
 Et clamat: Væ, væ successio flebilis Evæ.
 Sic non est igitur mirum si quisque moritur,
 Ut non est mirum quod mandit Brito butyrum,

Quod Normannigenæ (13) potu satiantur avenæ, A
Quod nostros enses formidant Pictavienses (14).

1574 XXXII. *Non esse mutandum repente propo-*
situm.

Quidam mente bona, facta sibi rite corona,
Temporibus ralis, ut mos est fratribus illis,
Accipiunt pullos sub conditione cucullos,
Ne momentalis sit eis conversio talis.
Promittunt coram, quia convertuntur ad horam,
Quidquid promittunt qui gaudia carnis omittunt.
Post hæc insolitæ ducentes tædia vitæ,
Projiciunt pannos post tres aut quatuor annos,
Effectique vegi, currunt per devia pagi,
Jam mundo viles propter causas monachiles.
Inde verecundi, quia sunt ludibria mundi,
Cum depellantur, quo nolent retrogradantur,
Jam monachis viles, ut regi transfuga miles.
Ergo quandoquidem vix ullus permanet idem.
Qui vestem mutat, si non prius ista volutat,
Et temerarius est, et ei male cedere vis est.

XXXIII. *De multiplicibus damnatorum penis.*

Dæmonis inventum sceleris sunt millia centum,
In quibus hunc mundum trahit ad pœnale profun-

Quo qui clauduntur, nequiendo mori moriuntur:
Vellent quippe mori, quia pars (15) mors nulla do-

Quo miser ille furit, quem flamma perennis adurit.
Frons, oculi, naris, cervix, locus auricularis,
Os, guttur, mammæ sunt ibi pabula flammæ.
Dorsa, latus, venter flagrant indeficienter,
Nec frigent coxæ, nec mentula conscia noxæ.
O quantum est tristis qui traditur ignibus istis!
Quam sit lugubris qui traditur esca colubris,
Qui vim fetoris vix sustinet omnibus horis,
Sævi tortoris qui tunditur undique loris!
Scilicet immitis sit in omnibus ultio diris,
Est tamen ipsorum distantia suppliciorum,
Quæ sic pensantur, ut crimina perpelliuntur
Pœnas majores majora, minora minores.

XXXIV. *Oratio pœnitentis sæpe lapsi.*

(Reperitur in ms. Colbertino, num. 3019).

Me miserum quid agam? porto sub pectore plagam,
Plagam peccati fetentis et inveterati,
Tanquam si portem sub eodem pectore mortem;
Quam quoties lavi, quoties emplastra ligavi,
A corruptela toties est victa medela.
Mille ligaturas admovi nil valituras,
Semper rupta cutis, semper via nulla salutis.
Hinc totis oris cum mens [f. totis horis est mens]
Nam formidat ita subito decedere vita,
Et flammæ horret, quibus ultio crimina torret,
Flammæ æternas, infernalesque cavernas.
Cum tamen hæc meditor, frustra consurgere nitor,
Hærens quippe luto præ consuetudine nuto,

(13) Forte verius: *Et quod Flandrigenæ.*

(14) Loquitur hic more Andegavorum, cum quibus
et cum Redonensibus perpetuum et quasi a natura

In tot et tantis violavi jussa Tonantis,
Quod pene despero meliorari, quia sero:
Sed quamvis sero, tamen adjutoria quæro;
Non humana quidem, nam sunt mihi cognita pri-

Sola divina salvandus sum medicina.
Ad te suspiro, cœli non subdite gyro
Summe sacerdotum tibi profero debile totum.
Dextera salvatrix fac hæreat ista creatrix,
Nec renovet sulcum sicut solet ulcus hiulcum.
Christe Dei Verbum, qui despicias omne superbum,
Exaltas humiles, tollis de pulvere viles,
Plasmator rerum, lumen de lumine verum,
Hic adhibeto manus, ut fecit Samaritanus.

Abiure divino fâmen [f. crimen] cum sanguine vino,
1575 Et donec vivo, perfundito vulnus olivo,
Ut vino lotum sanetur, et unguine totum.
O major cœlo! tibi quod dolet omne revelo,
Culpas agnosco, laxari debita posco.

Spernere me noli, quia peccavi tibi soli.
Nec me trade neci, quia coram te mala feci.
Mundi Salvator, nostræque salutis amator,
Per cujus nutum replet facundia motum,
Per cujus numen recipit cæcatio lumen,
Visum restaura, qui vitiet [f. videat] omnia bona,
Et linguam mutam fac ad bona verba solutam.

Languida qui sanas, cava repleas, aspera planas,
Rectificas tortum, mortem convertis ad ortum,
His aliisque malis pleno mihi sis venialis.
Virgo parens Christi, placa mihi quem genuisti.
Audi, chare Deo, qui natus es ex Zebedæo.
C Exora pro me, Petre, nobilis incola Romæ,
Et tu Paule sacer, vir spiritualis et acer.
Omnes electi, Dominum prece cogite flecti.

XXXV. *Ad monachum detractorem. — Quod nullus
sit desperandus dum vivit.*

Nec te velle puto, nec te, Gaufride, saluto;
Nam cum sis purus, et forsitan abba futurus,
Nos velut extorres regni cœlestis abhorres.
Sed qui peccati nimio sunt fasces gravati,
Si convertantur, non solum fasces levantur,
Sed vitæ mundæ cumulo ditantur abunde.
Larga Dei pietas nescit sibi ponere metas;
Te non consulto, cui vult miseretur inulto,
Quem vult indurat; sine te Deus omnia curat.

D Cumque sui juris sint justi cum perituris,
Præmia cum pœnis certis moderatur habenis.
Sed quia nascimus, donec sine corpore simus,
Quem Deus a dextra, quem ponere destinet extra,
Securus nemo vivit de fide supremo.
Nemo securus in qua sit pars futurus;
Nam cum pœnalis transgressio sit generalis,
Cui vult ignoscit, a quo vult debita poscit,
Verax et clemens, dampnans et crimina demens.
Dignus erat latro primum cruce, deinde barathro,

olim erat dissidium.

(15) Forte *pax*, id est, *minutio*, seu *dilatatio dolori*.

Præmia pro pœna dedit illi gratia plena,
 Angelicam vitam duxisse fertur eremitam,
 Nescio quem panis non usum pluribus annis,
 Nec panis victu, nec aqua, mirabile dictu,
 In culpam tandem lapsum semel, utpote grandem,
 Juste damnatum, pœna comitante reatum.
 Ergo parce, precor, dum tolleris ipse per æquor,
 Ventis [*f. vanis*] jactatam verbis, lacerare carinam.

XXXVI. *De lapsu primi hominis.*

16) Morte gravatur homo; sed homo qui morte gra-
 [vatur,
 Vivere cum posset, ne vivere posset, amavit.
 Vulnere plangit homo; sed homo qui vulnere
 [plangit,

Illicitum vulnus mordaci dente peregit.

Poma momordit Adam; sed Adam qui poma mo-
 [mordit,

Pro morsu mortem, pro vulnere vulnere sensit.
 Eva fefellit eum: sed eum non falleret Eva,
 Ni decepta foret; serpens deceperat Evam.
 Femina suavit opus; sed opus quod femina suavit.
 Vir vetuisset ei: quod ei vir si vetuisset
 Mandere quod voluit, voluit quod mandere flectet,
 Jure moritur homo; sed homo qui jure moritur,
 Flendo meretur spem; sed opem quam flendo me-
 [retur,

Crimina si repetat, repetit quod crimina perdit.

1576 XXXVII. *De vita et morte.*

Exsilium tellus, cum nobis patria cælum,
 Nasci, damnari, vitam finire, beari;
 Unde mori nasci, nascique mori vocitemus.
 Congrua diversis aptando vocabula rebus,
 Asper quippe sonus, incultaque syllaba mors est;
 Scilicet idcirco, quia, quam notat, aspera res est.
 Ast affabilis est, jucundaque dictio, vita;
 Nomen commendat res nomine significata.
 Ergo debemus naturam quærere rerum,
 Ex quo possimus de nomine cernere verum.
 Quam sit plena malis præsens quæ vita vocatur,
 Plus ipsis rebus, quam nostra voce probatur.
 Non tam codicibus, quam dura sorte docemur,
 Quanta viventes hic asperitate gravemur.
 Esuries, algor, calor, et sitis, et validudo,
 Et labor, et pestes, et cætera sunt mihi testes,
 Tantis pressa malis an debet vita vocari.
 Numquid concedes ut vivere, sit cruciari?
 Si trahit a rebus vox quælibet asperitatem,
 Horrendam quærunt tot dura, tot aspera vocem.
 Ergo decet mortis hæc nomine significari,
 Ne vitæ nomen queat asperitate donari.
 At contra poterit mors carnis vita vocari,
 Cum sit nostra fides hominem de morte beari
 Hic [*sive* Hunc] hominem dico, quem salvat gratia
 [Christi,
 Non illos tales, qualis, protoplaste fuisti.
 Non homines, sed humum placet hos, pecudesque
 [vocare,

(16) Versus reciproci.

(17) Duce scilicet Apuliæ, qui in illa ita præclare

A Quos carni constat, sprete ratione, vacare.
 Illis nec præsens, nec constat vita futura,
 Quos premit hic et ibi mortis damnatio dura.
 At qui se miseros in valle gemunt lacrymarum,
 Istis debetur paradisi deliciarum.
 His mors natalis, mors est his janua vitæ,
 Quos diadema beat, vestisque decus polymitæ.
 Non oculus vidit, neque mens potuit meditari,
 Non capit auditus, linguaque nequit recitari
 Quanta parat Dominus super æthera præmia sanctis,
 Qui metuunt, et amant, et servant jussa Tonantis;
 Ad quorum sortem pertingere nos mereamur,
 Qui morimur semper, dum carnis mole gravamur.

XXXVIII. *Commendatio Jerosolymitanæ expeditionis.*

In toto mundo non est homo par Boemundo (17),
 De cujus gestis cognoscere pauca potestis,
 Multiplicem numerum superantia pondere rerum.
 Ille ducum primus, nisi falsa referre velimus,
 Commovit gentes in Turcos omnipotentes.
 Auctor et exemplum violentis tollere templum,
 Constantinopolim, victo duce, vicerat olim;
 Nunc quoque visisset, si gens sua passa fuisset.
 Rex tamen ad nutum pendit sibi grande tributum.
 Hostes deinde feros aggressus martius heros,
 Nicæam fregit, Turcos bellando subegit.
 Antiochi muris, nisi cessissent, ruituris,
 Induxit fortes, fortissimus ipse cohortes.
 Syria servit ei, mittunt nova dona Sabæi
 Parthus, Arabs, Medus cupiunt sibi jungere fœdos,
 Mulcet eum donis rex magnificus Babylonis
 Soldanus, Persas pavet, et fugit illius enses,

C Africa formidat, devotaque munus ei dat.
 Ipsius adventum Barus colit atque Tarentum
 Et quantum terræ nimis est mora longa referre.
 Sed nec adhuc cessat quin fortia cœpta capessat
 Versus ad occasum justissima bella suasum.
 Debet enim plane, nisi nomen gestat inane,
 Contra gentiles pugnare deicola miles,
 1577 Hunc Deus invitat qui bella domestica vitat,
 Illicitus Mars est, ubi non contraria pars est,
 Unius sectæ nequeunt configere recte.
 Istis de causis pro tot vel talibus ausis
 Per totum mundum fert fama boans Boemundam,
 Et reboet mundus quia tanta facit Boemundus.

XXXIX. *Ad nuntium mortis.*

(Ad ms. S. Gatiani et edit. Red.)

D Bubo ferum nomen, dirum mortalibus omen,
 Ut Maro testatur, dum cantat, fata minatur.
 Illius cantum damnat genus omne volantum,
 Atque pari voto scelus hoc fugat aere toto.
 Noctes ergo colit, cum lucis tempora nolit;
 Noctibus apparet, quoniam si luce volaret,
 Jam caput invisum multo foret ungue recisum
 Membraque cum plumis divisaque sparsaque duris,
 Carpere pennatis cupientibus omnia vatis,
 Vatis tam diræ, dignæ mala fata subire.
 Huic volucris fœdæ simul, procul ergo recede,

se gessit ut ad Antiochiæ principatum evectus fuerit. BARON., *ad an.* 1099.

Chartæ funebri lator (18), damnande tenebris,
 Qui vice bubonis non unquam læta responis,
 Semper mœsta canis non discessurus inanis;
 Nam cum nil portes, nisi tristitiam, nisi mortes,
 Ceu bene regesta petis es cum voce molesta,
 Et ne lacescus soccos pelis, exigis escas,
 Propter delunctum soleas dæmus, addimus unctum.
 Bis nos contristas, mala dans res accipis istas;
 Sic importunus vendis mihi munere funus.
 Inprobe, vade foras, superas quid pollius [f. pollnis]

[oras?]

Quid tibi cum vivis, barathri teterrime civis,
 Vernula Plutonis, legatio perditionis?
 Quid nos infestas voces iterando molestas?
 Conveniat cœtus, gemitus date, fundite fletus,
 Æraque pulsantes clamate velut Corybantes,
 Cantica funereis lugubria ferte choræis,
 Carmina mœsta date, loca vestra diemque notate,
 Dantes expensam, largam mihi ponite mensam.
 Escarum gurges, quia nos tot talibus urges?
 Fle qui flere jubes, plue distillans quasi nubes,
 Potum mœroris bibe, vescere pane doloris,
 Quem mala delectant, mala te simul omnia ple-

[ctant;

Nos sine lætari, Christumque Patremque precari
 Ut vitæ munus det nobis trinus et unus.
 His nisi parueris, dum ventris commoda quæris,
 Fustibus et ferro saturahere, pessime gerro.

XL. *Consolatio lugentium, scilicet Mariæ et Marthæ.*

(Ad ms. Andegav.)

Auxilium Christi vultu rogat anxia tristi
 Ex Bethania comitata sorore Maria,
 Ut revocet fratris manes a sedibus atris.
 Et reddat sanum fetentem quatrividuanum
 Compatitur tristi mitis clementia Christi,
 Et conturbatus ploravit, et est ita fatus:
 Lazare, surge cito, vivens a morte redito.
 Factor ut hæc dixit, factura vocata revixit,
 Et recipit sanum soror utraque quatrividuanum.
 O pietas Christi! primum lacrymata fuisti,
 Ut nos instrueres cor habere pium quia fleres,
 Mox vitam reparas quam scilicet (19) pararas;
 Aeris atque maris qui Conditor esse probaris,
 Qui molem terræ jussisti flumina ferre,
 Cui numerosa poli sunt sidera cognita soli,
 Ut vitæ conversa sit pristina lacryma tersa,
 Ut vitam speret quisquis tibi firmiter hæret.
 Ergo sequens Christum devotio Christicolarum
 Sic contristetur, ne desperare putetur;

1578 Spe moderante metum tergant solatio fle-

[tum

Hæc attendentem moveat compassio mentem,
 Hæc attendentis respirent corda gementis.
 Est contristari pia res in funere chari,
 Sed tuba cantabit quæ corpora functa vocabit,
 Et sub momento surgent simul a monumento,
 Omnibus ut detur quod vita fidesque meretur.

(18) Is scilicet qui ad funera invitat.

PATROL. CLXXI.

A Hæc rebus mœstis solatia ferre potestis.

XLI. *Oratio pro fidelibus defunctis.*

Christus rex magnus, atque Dei Patria Agnus,
 Qui ligno fixum se morti tradidit ipsum,
 Ob nostros actus placabilis hostia factus,
 Ante suum lethum prægustans et acetum;
 Ut nos eriperet, quos vis inimica teneret
 Arbore pro quadam, quam perfidus attigit Adam
 Per deceptorem vetitum gustando saporem.
 Unda fuit dignum pro ligno ponere lignum,
 Sicque fuit justum pro gustu ponere gustum.
 Hic tandem medicus cui subditus est inimicus
 Et mors, et morbus, et frigus, et ardor, et orcus,
 Huic cui vos vultis prosit, reliquisque sepultis.

XLII. *Alia oratio pro defunctis.*

B Summe Pater Christi, qui semper es atque fuisti,
 Et qui semper eris, nec cresces, nec minueris,
 Da Deus abbati regni promissa beati.
 Nate Patris, Christe, quem mundus credidit iste
 Æqualem Patri, spoliatoresque barathri.
 Abbatem serva pro quo rogat ista caterva.
 Vivificum flamen Patris prolisque ligamen,
 Nec minor alterutro, quoniam procedis ab utroque,
 Abbati præsta non deficientia festa,
 Per totum mundum cui natum dicta secundum
 Voto communi trino servitur et uni.

Vivens o vere! defunctorum miserere;

Ipsis esto pia genitrix et virgo Maria;

Ipsis omne nefas dimitte, piissime Cephas;

Cum Petro, Paule, cœlestis janitor aulae,

C Thoma, Matthæe, Luca, Barnaba, Philippe, Mathia,
 Simon, Thadæe, Joannes, Bartholomæe,
 Et Petri frater, et Jacobe primus et alter,
 Discipuli Domini, possessores paradisi,
 Sedibus in lætis ipsis date dona quietis.

Sancti vel sanctæ quotquot placuere Tonanti,

Regnum cœlorum præsent animabus eorum.

XLIII. *Quod non sit flendum pro morte Christiani.*

Nos quibus est vitæ promissio facta futuræ,

Qui non nescimus quoniam cum nascimur imus,

Et non nescimus quoniam moriendo redimus,

Funere pro chari non est las collacrymari,

Nec collætari fas pro non funere chari.

Vox est sola mori, vacuo flens parce dolori;

Spiritus et limus fuit omniparens homo primus.

Spiritus et limus est omniparens homo primus.

D Quod fuit est, et erit, quid frustra plangere quærit?

Hunc mors non stravit, de quo nihil annihilavit.

Quid si per morsum duo sunt effecta seorsum,

Quæ cito rursus erunt sicut simul ante fuerunt,

Flere quis hoc curet, cum singula portio duret?

Exemplo primi, medii spectetur et uni [f. imi]:

Est homo quisque cinis, est et mens nescia finis,

Tam donec vivit quam postquam vivere sivit.

Quis lacrymæ locus est ubi nil minus aut ibi plus

[est?

Nam duo per funus sit, fuerat prius unus.

(19) Forte deest vocab. *ipse*.

1579 Annumerate lucris dare corpora chara se-
[pulcris,
Nam damnū nescit quisquis de funere crescit.
**XLIV. Reprehensio superfluo rum in epitaphio Joannis
abbatis.**

Quod multis annis duravit vita Joannis,
Nec sua, dum vivit, bona sollicitudo refrigit,
Sed meliora bonis, mellioribus optima jungens
Turrem virtutum qua conscenderat ardua cœli
Fervens fundavit, ferventior ædificavit;
Quod bene vox rexit, dum se pro tempore flexit,
Ungens et pungens, et mitibus aspera jungens,
Quod mandata Dei servavit spe requiei,
Quod pro servatis sua sors est juncta beatis.
Hoc totum legimus quod scilicet utile scimus,
Hoc et laudamus, et dignum laude probamus,
Nam bene laudatur, quo, qui legit, ædificatur.
Si bonus ista legit, gaudet, quia quod legit, egit:
Si malus, inde dolet quod sit malus, et fore nollet.
Quod vero restat lectori lædia præstat,
Et peregrinatur, nec qui legit ædificatur,
Nam quorsum tendit, vel, quæso, quid utile pendit
Quod Februus mensis fuit huic quasi lethifer ensis,
Quod tunc exivit cum pisces Phœbus inivit.
Addere sic posses quæcunque superflua nosces
Cum cœlum sursum, cum staret terra deorsum,
Cum Ligeris flueret, cum ventis unda tumeret,
Cum pisces natent, cum passeruli volitarent,
Cum mulier neret, cum parvula filia fleret.
Si fiat calamus stans omnis in arbore ramus,
Fiat et incaustum quod suggerit omnibus haustum,
Si pro membrana sint omnia corpora plana,
Vivi vel functi si scribant talia cuncti,
Vivos vel functos lassabunt talia cunctos,

XLV. De differentia meritorum et locorum.
Cœlum, terra, chaos, distinctio trina locorum,
Excipiunt animas pro judiciis meritorum;
Valde namque bonis cœlo datur esse perennis,
Egregieque malis cito redditur ira gehennæ;
His qui sunt neutrum, sed sunt tamen inter utrum-

[que
Traditur in terra qualis purgatio cumque,
Tetris namque laris cruciantur frigore quædam,
Quarumdam flammis torreri crimina credam,
Per mare, per terras agit has labor irrequietas,
Quarum nonnullis solet apparescere cœtus.
Has quæ sunt valde precibus non posse juvari
Si quisquam dubitat, valet hac ratione probari,
Nam prece deleri nequit inferni cruciatus,
Nec meliorari prece quit super astra locatus.
Restat ut hos tantum prece commendare velimus
Quorum per pœnas purgari crimina scimus;
De quorum numero quia non fuit iste beatus
Emundet precibus nostros magis ipse reatus.

XLVI. Naufragium Jonæ prophetæ
Vos qui nescitis, nunc discite de Ninivitis;
Discite de Jona Dominum fugiente propheta,
Qualiter estmersus, vel qualiter inde reversus.
Qui Dominum fugitis, pelagi discrimen aditis,

Quo sorbet vivos ballena Dei fugitivos.
Qui culpas fletis, magnum solamen habebis;
Non desperetis, quia cadent tristitia lætiss.
Tu qui delinquis, tu qui delicta relinquis,
Ex libro Jonæ documenta tibi duo pone.
Lectio gestorum tibi sit delectio [f. directio] mo-

[rum
Urbs ingens Ninive, multo celeberrima cive,
1580 Divitiis opulens, regni diademate pollens,
Per turpem vitam Dominum commovit in iram
Sed Deus iratus differt punire reatus;
Vult veniam quæri, vult offensus misereri,
Ergo vocat Jonam, docet impendere ruinam
Urbi, sic meritis per turpia crimina vitæ.
Surge meus vates, proprioque relinque penates;
B Ad Niniven propera, refer illis propria verba.
Clama per vicos, terrendo meos inimicos;
Urbs evertetur citius quam quisque veretur,
Cives impuri sunt post modicum perituri.
Jonas surrexit; sed iter per devia flexit,
Ad mare descendit, dum Tharsum pergere tentavit
Non erat hoc jussum, tamen optat pergere Thar-

[sum;
Sed profugum Domini fluctos tenuere marini.
O animum vatis mirandæ simplicitatis!
Si procul esse putat Dominum sibi, dum loca mutat,
Qui complet totum nihil huic valet esse remotum.
Si petat infernum fugiens, regnumve supernum,
Stat Deus in tergo, fugiensque desinat ergo.
Sed juvat attendi quæ causa fuit fugiendi.
C Forte timens fatum, non ivit vaticinatum.
Nam quia portaret quod plebis corda gravaret,
Nuntius interitus, satis foret undique tritus,
Vel gladio stratus, vel fortisan igne crematus,
At non est fortis, qui sic timet ultima mortis,
Ut bene posse mori vitæ postponat amori:
Nec Dominum credit, qui non sibi tutus obedit.
Ergo causa fugæ non convenit ista prophetæ.
Sed Dominum norat, quia nos revocare laborat,
Et cito condonat, si quis mala pristina ponat.
Nam cur præmunit, cur non cito crimina punit,
Cur jacet ante minas, nisi quod dare volt medi-

[cinas?
Territat ægrotum medicus, petat ut sibi potum.
Hoc timuit missus, quem conservavit abyssus,
D Ne mentiretur, nisi dictum res sequeretur.
Diceret everti, quos sciret posse reverti,
Qui si rescirent, nulla ratione perirent,
Conscius ergo Dei fugit ora piæ faciei,
Descendit Joppem, festinat scandere puppem.
Dimittit litus, quasi plus sio in æquore tutus.
Sed mare non nescit, quod fluctibus undique crescit
Cum rabie venti turbare viam fugienti.
Turbo rapit velum, tangit ratis ardua cœlum,
Rursus ima cadit, metuendaque sub vada vadit.
Aer luce caret, neque sol, neque Cynthia paret,
Nec radiant stellæ, sed nox fuit illa procellæ;
Non paret ulla solus, fractus jacet in rate malus.
Dissiliunt remi, casus venit hora supremi,

Nautæ suspirant, quos tanta pericula gyraunt.
Præpositus navi liquit moderamina clavi.
Undique triste tonat, cælum fragor omne coronat.
Fulgura crebra micant, tanquam simul omnia di-

[cant :

O fugitive redi, jussoque Tonantis obedi !
Hæc Jonas nescit, pressusque sopore quiescit.
Interiora ratis sunt facta cubilia vatis.
Nauta sed accessit, pulsam pede voce lacessit.
Surge, quid est quod agis ? nullis dignissime plagis
Dormis securus, cum postmodo sis periturus :
Forsitan hæc hora fluctu perit obruta prora.
Cum prece da fletum, fuget intercessio lethum,
Si poterit fieri, si non decet ultima fieri.

Interea ventis pelagique furore tumentis,
Exarmata ratis permiserat omnia fatis.
In mare jaclatur quodcumque gravare putatur,
Nec tamen inde minus mergi timet anxia pinus :
1581 Crimine namque gravis manet, et non pon-
[dere, navis ;
Nec, quia culpa premit, levat hanc [qui pondera
[demit.

Jam satis apparet, quamvis mala tanta pararet,
Iram divinam patet exagitare carinam.
Ergo reum mortis vestigat missio sortis,
Et trahit ad pœnam captum sententia Jonam.
Mittitur in fluctus, cadit unda, caditque tumultus.
Iram Neptuni placat datus exitus uni.
Erigit absque mora sese gravis antea prora,
Causaque sit pacis submersio justa fugacis,
O recolenda satis, Deus, acta tuæ pietatis !
Qui parcendo feris, et percutiens misereris,
Nosque sovere soles, quasi sit homo tua proles,
In regione maris, virtus bona, tu dominaris,
Et, sicut claret, mors ipsa tremens tibi paret.
Mersum namque mari quis posse putet revocari ?
Pisce quis absorptum remeare putabit ad ortum ?
Ecce venit cetus, maris alta secare suetus,
Piscis par monti, sævissima bellua ponti,
Et veluti prædam rapit absorbetque prophetam.
Sed quasi commissum, nolit, velit, hunc dabit ipsum,
Et feret invitus quem cepit ad utile litus.
Noctibus ergo tribus, totidemque propheta diebus,
Ventre feri clausus, culpæ gravis expiat ausus.
Post hæc, ad portum vomit insons bellua sortum (20),
Qui simul evomit, tetigit palpabile litus,
Atque refulsit ei lux desperata diei.
Littora tam sivit, cupida quam mente petivit,
Utque suam pœnam damnat mare, damnat arenam,
Tunc monitus rursus non audet flectere cursum ;
Sed tendit recta citus ad Ninivica tecta :
Utque moras nandi reparat mensura viandi,
Una luce tribus via curritur apta diebus.
Mœnibus intratis, ait ista viris sceleratis :
Excidium Ninives vobis denuntio, cives,
Clamor vestrorum petit æthera flagitiorum,
Nec Deus hæc ultra longum patietur inulta ;

(20) Id est sortitum seu sorte mersum,

A Post sex hebdomades urbem manet impia clades.
Verba Dei cœli vobis loquor ore fideli.
Territa gens istis, compuncta sit, anxia, tristis,
Et mala quisque gemit quæ per bona nulla redemit,
Saccis induti majores atque minuti,
Jejunaverunt, lacrymasque precesque dederunt
Rex quoque quod fecit, fastus insignia jecit ;
Magnis quippe malis cessit decor imperialis,
Et conturbatus pro cognitione reatus,
Exemplo raro solio descendere claro
Non dedignatus, se planxit, et est lacrymatas.
Tunc coram Jona deponitur alta corona,
Imprimiturque [/. Imponiturque] cinis capiti, me-

[moratio fluia.

Purpura projicitur, cilicinis rex operitur.
B Delicias cœnæ removet meditatio pœnæ,
Et vis mœroris fugat oblectamen odoris.
Pluma fuit lecti tellus, sibi nescia flecti.
Pro sonitu citharæ suspiria mœsta fuere.
Et pro pigmentis miseræ contritio mentis.
Curia Magnatum fert consimilem cruciatum.
Aulicus et miles luctus imitantur heriles.
Multus ubique cinis, nullusque caret cilicinis.
In mœrore jacent, si forte domnum sibi placent.
Hinc vox præconis loca pervolitans regionis,
Jussu regali cunctos monet ordine tali :
Omnis homo plangat, dolor anxius omne cor angat,
Et cibus et potus sit ab omni carne remotus.
Eum genitrix luget, nullus puer ubera enget.
Vox a jejunis resonabit stridula curis.

C 1582 Pabula jumentis nova cura negabit alentis.
Grex baculo flentis arcebitur ipse fluentis,
Clamet ut omne pecus, labor omnibus incubet
[æquua.

Quis scit an attritis pareat sententia mitis ?
Ne quatiat quassos, ne sigat vulnera passos ?
Insuper occidat quos propria cura trucidat.
Non gaudet lenis miseros affligere pœnis.
Non sit mansuetus miserorum sanguine lætus.
Tantis lamentis cessit furor Omnipotentis,
Suppliciiis parcens, mortisque nefas procul arcens,
Et de Scripturis pia dans exempla futuris.

XLVII.

Ante Librum Ruth, aliquo intervallo posito, sequun-
tur quatuor versus sine titulo, et distincti per inter-
valla hoc modo :

D Fixa corona polis radios jacit æmula solis
Sidere septe no cœ lo epec tanda sereno
In centro cujus mi cat auc tor limis hu (20*)
Stella paren s prelis nihilominus æmula solis.

Ad caput manuscripti S. Galiani ponitur sequens
versus minio pictus pro titulo :

INCIPIT LIBER RUTH.

Judicis unius sub tempore gesta canemus,
Prodita scriptoris plano sermone prioris,
Quæ recitare juvat, quo rerum mentio fiat
Clarius est opere fabricata semel repolire

(20*) Id est limine hujus.

Elimelech quidam, Judæa stirpe creatus,
 Cum consorte thori fugiens, natisque duobus,
 Oppida dira fames cum devastaret et agros,
 Victu secundos se contulit ad Moabitas.
 Quo moriente brevi, mansit viduata Noemi.
 At duo germani, ducti spe prolis icani,
 Ducunt uxores Ruth et Orpham, credo, sorores.
 Hic Chelion dictus, Mahalon fuit ille vocatus.
 Aunis bis quinque ibi vita fuit peregrinis.
 Sic cadunt satis sine germine posteritatis.
 Planxit cum nuribus natis orbata duobus,
 Dura sorte premi memorans se casta Noemi.
 Et jam fessa malis fortunæ pernicialis,
 Et terræ diræ, parat ad loca prisca redire;
 Audierat siquidem quod jam cibus esset ibidem.
 Inter et idolatras habitasse gemit Moabitas,
 Jamque tenet redditum, lacrymis comitata duarum.
 Restitit, et mæstas sic est allata puellas:
 Quid vivat [*f. juvat*], o natæ, fidei pietate probatæ!
 Gressus decrepitæ comitariet? Oro, redite.
 Me fortuna premit; mihi epem quoque casus ademit.
 O mihi dilectæ! spes est jam nulla senectæ,
 Cui fructum ventris manus abstulit Omnipotentis.
 Quod de me genitos possitis habere maritos,
 Si modo concipiatur, rursumque puerpera nam,
 Ut pueri crescant, et corpora vestra reuescant,
 Vos fieri fetus prohibebit debilis ætas.
 Deservisse lares, sprevisse suos populares,
 Norunt experti quam sit grave, dulce reverti.
 Ite domum, charæ, me causa monet remeare,
 Ut natale solum mihi det pro dote sepulcrum.
 Sunt mea vota mori; vos sorte decet meliori
 Partu felici matres de conjuge dici.
 Vivite, salvete, pro me grave pignus habete
 Corpora natorum cum conjuge functa meorum.

1582 Hæc postquam dixit, flens flentibus oscula
 [fixit,

Versaque carpit iter, suspiria dando frequenter.
 Orpha deos patrios non passa, laresque paternos
 Linqere, discedit repetens quæ prospera credit,
 Ruth comitata socrum, putat hæc dispendialucrum,
 Dum se proselytam fieri cupit Israelitam,
 Et mercede pari cum plebe Dei numerari.
 Cui socrus: En, inquit, tua te cognata reliquit,
 Estque reversa domum, pietate ducta parentum.
 Tu quoque, nata, redi, verbisque monentis obedi.
 Talibus auditis, respondit Ruth Moabitis:
 Non erit, inquit, ita, sed tecum sit mihi vita,
 Sit mors communis, domibus maneamus in unis;
 Pars mea sit tecum, dum vixero pars tua mecum;
 Quod colis ipsa colam, venerarier idola nolam.
 O petra deserti nolens ad omnia reverti!
 Quid tibi mercedis, linquens tua, cedere credis?
 Hospita quatu sequeris victu caret, indiget æris.
 Expers argenti, rogo, quid præstabit egeni?
 Sed Rex cælorum tibi, plusquam turba deorum,
 Complacet, hunc sequeris, huc velle placere videris.
 Cui te committis, dabit hic tibi plura relictis.
 Ipse potens, magnus, terræ dominator, et Agnus,

A Hinc emittetur. De te rex egredietur
 Quarta progenie, proavus citharista Mariæ.
 Tam firmæ menti causam bonitatis habenti,
 Tamque pie comiti non est socrus ausa reniti.
 Qua sibi conjuncta, capiens solatia justa,
 Ad fines Judæe properat, migraverat unda.
 Dat requiem fessis urbs Bethlahem, tempore messis.
 Spargitur absque mora mulierum sermo per ora:
 Hæc est illa domi celebrata forisque Noemi.
 Non, inquit, tali sum nomine digna vocari,
 Quam Deus afflixit, quam multo vulnere fixit;
 Quondam plena bonis, nunc ecce revertor inanis.
 Jam mihi quid pulchrum, nisi forte subire sepulcrum?
 Ergo vocate Mara, quam mors vastavit amara;
 Tanti præda mali, non debeo pulchra vocari.
B His ita dispositis, habitans ibi Ruth Moabitis
 Alloquitur socrum: Si vis, proficiscar in agrum,
 Sic ubi clementes potero reperire metentes,
 Ut carpam reliquas sua post vestigia spicas.
 Proderit ad victum nobis quodcumque relictum.
 Unde socrus dixit, nurus impigra prolinus exit.
 O benedicta nurus, de qua rex est oriturus!
 En spicas vellis, peregrinis mista puellis;
 Ut viduam pascas, statuisti ne tibi parcas.
 Instar formicæ, victum conquiris amicæ,
 Nec flagrans æstas prohibet, quam cogit egestas.
 Nescis quanta paret tibi, cui sol lunaque paret.
 Ecce super cives virtute potens, homo dives,
 Booz non paucorum possessor, et hujus [*f. hæres*]
 [agrorum

C Elimelech functus fuerat, cui sanguine junctus,
 Visere messorum veniebat agenda suorum.
 Hisque salutatis, pro modo suæ bonitatis,
 Et resalutatus, est cuidam talia fatus:
 Hanc, puer, ignoro, sed quæ sit scire laboro.
 Dixit et audivit: Hæc Bethlehem nuper adivit.
 Scilicet invitis, quibus orta fuit, Moabitis,
 Cum genitrice, viri cupiens sub lege morari;
 Et fugiens gentem, simulat nefanda colentem.
 Idola ne coleret, meliora colentibus hæret.
 Hincque die tota non est quocumque remota;
 Jam sol se solvit, nec adhuc jejunia solvit.
 Filia, Booz dixit, cunctatio nulla tibi sit,
 Sed secura meis in agro sociare puellis,
 Ut prior insistas sub falce secan in aristas;
 Carpere nec cesses volo, dum terat area messes.
D **1584** Fac studio questum, nullam patière mole-
 [stum.

Mandabo pueris, ne qua ratione graveris;
 Quia et si quando sities potes, ut properando.
 De quibus et pueri recreantur a pueris recreari:
 Et ne lacessas, cape cum messoribus escas.
 Prona cadens terræ, grates parat illa referre,
 Et quem jam norat Dominum regionis adorat.
 Unde mihi, dixit, spes tam jucunda refulsit.
 Ut pius indignæ concedas tanta benigne,
 Et consoleris peregrine cor mulieris,
 Vilis et ignotæ, propria tellure remotæ,
 Vix anollarum dignæ gregis esse tuarum?

Scimus, ait, de te quam gesseris omnia recto,
 Ut post fata viri socruī subjecta fuisti,
 Et quantum gentos fugiens simulacra colentes,
 Ritus aprevisti quibus innutrita luisti.
 Nec te nocentum tenuit dulcedo parentum;
 Quin Domini malis servanda latere sub alia.
 Credidimus varia, mulier virtutis haberis.
 Hæc tibi compenset rex, qui justissima censet.
 Det tibi mercedem, qui cœli possidet ædem.
 Dixit, et ad pueros conversus præcipit heros:
 Hæc ubi vult metito, nec eam quisquam prohibeto;
 Vos quoque de vestris volo dissimulare manipulis.
 Partes prudenter quas colligit ipsa licenter,
 Nullus id exploret mihi parcere [f. parere] nemo
 [laboret.

Ergo Ruth assedit messoribus, atque comedit;
 Et non expensæ retinens obsonia mensæ,
 Ac servans secum, socruī dare judicat æquum.
 Indè movens gressum redit, ut prius hordea messum,
 Deque labore suo studio collecta diurno,
 Virga confregit, purgataque grana redegit
 Epsi mensuram modios tres exhibituram,
 Quos tulit ad socrum reliqua cum parte ciborum;
 Gastaque narravit, ac dicta Booz recitavit.
 Illa refert grates, addit quoque provida vates:
 O mihi pro multis spes unica relicta sepultis!
 Ut tibi consultum queat esse recogito multum.
 Ne labor immodicus tibi sit fascis iniquus,
 Mergat et inflexum fragilem sub pondere sexum
 Anxia pauperlas, quam sic evincere certas.
 Ergo sollicito mea pectore jussa subito,
 Ut cito proficias, et felix conjuge fias,
 Qui te fecundet, per quem tibi semper abundet
 Panis cum vino non deficiente salino.
 Quando Booz servos viset mensurus acervos
 Composito vultu, festivo splendida cultu,
 Quo cubet in strato noctu studiosa notato,
 Cui jam stertenti passu te junge silenti,
 Excitumque mone de legis conditione,
 Ut pro sublato tibi debeat esse marito,
 Instauretque suo semen geniale propinquo,
 Qui fato sterili caruit prægnante cubili.
 Quid moror, et lento versu procedere tento?
 Finis erat messis, partes dabat area fessis,
 Ruth parens dictis, pueris hinc inde relictis,
 Sensim fulcra tori jungenda petit meliori,
 Excitumque monet quid lex jubet ut sibi donet.
 Ille pavens subito, sed pectore mox stabilito,
 Respondit timide: Castissima filia, fide,
 Quod petis omnia feres, si quidam me prior hæres
 Non tibi reddiderit, quod legis formula quærit.
 Sed nunc exspecta, decurrat ut actio recta;
 Non est hic moris vis [f. jus] anticipare prioris;
 Conveniendus erit numve volet, an tibi deerit;
 Cras fiat notum cui junges nubile votum;
 Nunc secunda sile, castumque foveto cubile.
 Hæc ubi complevit secunda puella quievit.
 Mane Booz surgens, et quod conceperat urgens
 Præcipit ut mulier redeat festina latenter,

A Inque signum palæ dat spicæ dona puellæ,
 1585 Sex modios grani ne veste rediret inani,
 Conveniens ruri pignus, signumque futuri.
 Nam lilet in granis cœlestis gratia panis,
 Quem dedit Ecclesiæ genitus de carne Mariæ,
 Qui per robustum signari creditur istum,
 Ut nurus Ecclesiam, socrus effligat Synagogam.
 Exin cognato, populo præsentem, vocato
 Urbis et ante fores residere rogans seniores,
 Hac mediastinum compellit voce sobrinum:
 Elimelech ager est, qui, quod tibi dicere vis [f. jus]
 [est,

A te debet emi, vidua vendente Noemi;
 Nam quod sis primus in sanguinis ordine scimus,
 Quem tu si retines cupiens producere fines,
 Ruth quoque lege viri debes uxore potiri
 Defuncti fratris supplens vice munia patris.
 Quod ei nolueris, tu qui prior esse videris,
 Jam meus est fundus qui sum tibi sorte secundus.
 Respondit juvenis: Mihi non opus est alienis
 Usibus esse patrem, primum fore te volo fratrem,
 Jure meo cedo, quod eratque meum tibi dedo.
 Vincula solve pedis, si jure tuo mihi cedis.
 Solvit et acutum dat ei talare solutum.

Mos erat antiquis, et lex quasi fixa propinquis
 Ut prior hæredi tradens sua jura sequenti
 Quod dixi faceret quo cessio robur haberet.
 Hoc igitur pacto solemnem more peracto
 Booz ad conventum plebis patrumque sedentium:
 Calceus est testis, testes quoque vos, ait, estis
 Quod fruor ecce bonis et conjugio Mahalonis.
 C Dixerunt illi majores atque pusilli:
 Testes augeri bona poscentes mulieri,
 Quam Deus assumpsit de gentibus, et tibi junxit,
 Ut sit progenie fecunda simillima Liæ,
 Et vice Rachelis dilecta, viroque fidelis,
 Ac Bethlehemiticas superet virtute maritas.
 Sic invitati discedunt fausta precati.
 Booz habet uxorem qua nullus habet meliorem,
 Et non post multum recipit de conjuge fructum,
 Nam generatus Obed generantis gaudia complet
 Hic pater est Jesse, quem patrem novimus esse
 Regis Psalmistæ, cujus de semine, Christie,
 Te colimus natum, finem sperando beatum. Amen
 XLVIII.

DE RAPTO DINÆ (Gen. xxxiv).

(Ad ms. Andegavens. et Turon.)

D Discite claustra pati qui parcitis integritati
 Nec proferre pedem, vestramque relinquere sedem.
 Quæ latebras odit, se stulta puellula prodit,
 Stuprum sollicitat quoties non publica vitat.
 Forma pudicitie sit vobis vita Mariæ
 Virginis absque pari, quam fas tamen est imitari,
 Hæc in plateis non est admista choræis,
 Hæc in secreto tulit angelus illud Aveto
 Quod non audisset si non inclusa fuisset.
 Pulchra nimis facie virguncula filia Liæ
 Dina vagando foris sensit nova damna pudoris,
 Integra mansisset, si non egressa fuisset;

Sed dum progreditur, dum forma decora politur
 Naturæ donis sponsas superans regionis,
 Materies ligni tanto non defuit igni,
 Nam princeps terræ nequit hæc incendia ferro.
 Filius Hevæi novitate stupens faciei,
 Fert Sichem juvenis crudelia vulnera venis,
 Impatiensque moræ rapit hanc, spoliaturque pudore;
 Virgine stuprata raptor tulit oscula grata,
 Tristem solatus, donisque reconciliatus.
 Sed levitas Dinæ fuit illi causa ruinæ,
 Invenitque vicem cupidi violentia finem;
 Nam juvenem stultum non dimissurus inultum
 Germanus raptæ Simeon rem distulit apre,
 Et contra mœchum, quia fingere credidit æquum,
 Arte necare parat qui se vi dedecorarat;
 1556 Dissimulata brevi silet indignatio Levi
 Sanguine raptorie probrum mixtura sororis,
 Hi duo germani sitientes fata profaci
 Affantur stultum cordis reprimendo tumultum:
 Quam corrupisti, juvenis, neque nos timuisti,
 Si cupis uxorem nostram retinere sororem,
 Fac solidam pacem rixam removendo loquacem
 Et cito fœdus ini, cito bella minantia fini;
 Simus gens eadem, sub lege regamur eadem;
 Una vivamus, communia rura colamus;
 Sit lex nostrorum communis connubiorum;
 Hebræis rectam non est las linqere sectam,
 Vobis ad ritum transire licet reculitum (f. requisi-

[tum),
 Jungas ut plebes præputia ponere debes.
 Conscia pars culpæ meritæ sit conscia pœnæ,
 Circumdetur vir quisquis in urbe moratur;
 Hujus honor facti est testificatio pacti;
 Abacissæ pellis placeat vindicta puellis,
 Cum qui peccatis scelus ipsi cruore piatis,
 Et tua gens tecum dum supplicium subit æquum
 Si memorata facis sicut rata fœdera, pacis,
 Sin minus in Dinæ manet impacata rapina,
 Ipsam tollemus, passam licet unde dolemus
 Hæc juvenilis amor, hæc suscipit et pater Hemor,
 Hæc populus totus patris ac nati prece motus.
 Protinus ergo culis sunt dispendia cunctis,
 Curianturque mares cum nobilibus populares.
 Tertia majorem referens aurora dolorem
 Debilibus turbis portas reseraverat urbis,
 Ecce fremens fratrum furor ob scelus ante patratum
 Abruptis portis importat vulnera mortis;
 Nec satis est iræ sontem mucrone ferire,
 Sævitur et in gentem culpa vindicta carentem,
 Cædibus immensis grassatur noxius ensis,
 Nullum discernit, vetulum cum pubere sternit.
 Fit populi funus quod vir deliquerat unus;
 Ipse jacet stratus proprii sub sorte reatus,
 Et pater ipsius quasi consors criminis hujus
 Postquam mucroni factum satis et Simeoni,
 Dextraque dum cædis Levi læsata resedit,
 Et quis quem fundat sanguis jam nullus abundat.

A Ulti raptorem propriam retulere sororem.
 At Jacob nati geminos fratres imitati
 Mœnibus infusi leviter sunt viribus usi,
 Urbs spoliata viris patuit sine Marte rapinis,
 Quisque quod insistit capit, et nemo sibi resistit;
 Iste greges pecorum, gazas rapit ille domorum;
 Ubera sugentes trahit hic, viduasque parentes;
 Singula rimati sunt omnia depopulati.
 Denique nil reliqui faciens victoris iniqui
 Zelus cæsorum spoliatur quoque membra virorum,
 Finis vastantum sprevisse cadavera tantum.
 Sic causa stupri locus est urbs facta sepulcri
 Stuprum commisit quod frena vagando remisit
 Sic levitas Dinæ fuit hujus origo ruinæ.
 Ergo cum sit ita, consortia publica vita,
 Virgo dicata Deo, cœlique beanda tropæo.
 B Quæ sedet in cella, cupit esse pudica puella;
 Admissura mares amat occursum populares.
 Nemo tamen solis putet hæc recitanda puellis;
 Scripsimus hæc per quæ sexus doceatur uterque.
 Ne velut effundi mens nostra per avia mundi,
 Sed legem matris teneat, mandataque patris.
 Castra Iovena æque cœlestia nocte dieque,
 Nam quas conferimus, si res aptare velimus,
 Filius Ecclesiæ quid erit nisi filia Liæ?
 Sichem dæmon erit, qui nos corrumpere querit,
 Quem tunc maclamus cum membra pudenda doma-

[mus,
 Cum quo cunctorum superatur gens vitiorum,
 Cui fidei trinæ virtus est causa ruinæ,
 Raptorem scorti dedit ut lux tertia nocti.
 C † XLIX. *Doctrinæ commendatio* (21).
 Cum sine doctrina nil proficiat medicina;
 Nec sine doctrina tendantur in æquore lina;
 Nec sine doctrina portum petat ulla carilla:
 Audi doctrinam si vis vitare ruinam.
 † L. *Nimum ne crede mulieri.*
 Quisquis eris qui credideris fidei mulieris,
 Crede mihi, si credis ei, quia decipieris.
 † LI. *Galli furtum a gallo probatum.*
 Gallus erat cuidam viduæ, gallumque comedit
 Fur. Furi furtum hæc obicit, ille negat.
 Dum sacramento se purgat, gallus in alvo
 Perjuri cecinit, resque probata fuit.
 † LII. *De quodam Hervæo.*
 Consilium populi, vox plebis lingua senatus,
 D Hic jacet Hervæus magna ruina suis.
 † LIII. *De leopardo.*
 Nec leo, nec pardus, traho nomen ab his, leopardus,
 1556 † LIV. *Domus paterna.*
 Arcta domus gaude per avos parla tibi laude.
 † LV. *De abbatibus nimis indulgentibus.*
 Mos est abbatum nunquam punire reatum,
 Sed cum discedunt de mundo præmia querunt.
 Ergo Pater noster dicamus propter eos ter.
 † LVI. *De Aristotele.*
 Summus Aristoteles trutinando cacumina rerum.

uo divisit quidquid in orbe fuit.

† LVII. *Guarmundus.*

do Guarmundus caret, et diedemate mundus;
ter Guarmundi mortem gemit orbita mundi.

ubi Guarmundo venit, dolor illico mundo,
ste Guarmundum rapiet mors horrida mundum,
tibi Guarmunde, dolor et gemitus tibi munde,
cum Guarmundo, quia vix in hoc bene mundo,

† LVIII. *Nugæ poeticæ.*

s mons. firmus pons. libera frons. vitreus fons.
r nux. sacra crux. leo trux. bona lux. vigi-
[lans dux.

lida nix. nigra pix. homo frix. aqua Styx. vo-
[lucris strix.

le rus. corruptio pus, et amica luto sus.
pum crus. curvit grus. ro lit mus. redolet thus.
nordax dens, estque memor mens, est patris

[gena,

s plebs, virtus spes, omnia res, graditur pes.
t vis. turbat lis, in tribus æquivocat glis.

t dos, vernat flos. stillat ros, acuit eos.

fratris glos, mugit bos, cuncta trahit mos.
sors, aufert mors, resonat vox, furta tegit nox.
carnis, vis rectoris, id est Jus juris utrumque.

† LIX. *Vas fractum.*

icus est Roma, quo dum spatiando fero me
quærendo novas, inveni de saphyro vas
tor ignotus, vendebat cum saphyro thus,
s socius noster tres emit denatorios ter
tribus et semi solidis ego prodigus erui,
inconcussum dum tollere sollicitussum
collino mundo de viminibus pretium do-
tur introrsum sanum vas inde memor sum,
abitur fissum, trietis, miser inde nimis sum.

convivas magni foret hoc pretii vas
ret allatum, sicut positum fuerat tum
r at hoc pressit, cui prospera nulla dies sit.

L. *Elogium Milonis monachi S. Albini; deinceps
epi Prænestini sub Urbano II, ex Marbodo.*

(Ex ms. codice S. Albini Andegav.)

oma beata nimis, quæ sic excrevit ab imis,
am dicatur, meritisque suæ habeatur
esæ lumen, summum mundique cacumen,
sm regalem vibrans et pontificalem,
s doctrina fulcitur nostra ruina,
ens Ecclesiam turbari per simoniam,

A Misit legatum per Gallica regna probatum;

Contra Simonem jussit pugnare Milonem;

Ecclesiam pressæ lapsæque jubetur adesse;

Pressæ tutelam, lapsæ donando medelam.

Hic gladio Petri ducis impetit agmina tetri.

Indignisque datus aufertur pontificatus,

Et datur insignis sedes sine munere dignis;

Propter vendentes non excusantur ementes.

Utilis adventus erat, ut res postulat, ejus:

Nam sunt prælati vigilantes utilitati.

Qui faciunt queatum, si dona Dei manifestam,

Et Christum vendunt, nec eos alii reprehendunt

Quidam terrore tolerant, alique favore:

Nulli donatus gratis est pontificatus.

Si sit facta manus, stet puer ille decanus,

Et bene nummati eunt illico canonicati

B Provehitur census, vilet sine nomine sensus.

Est sensu plana nummis impleta crumena,

Omnia divitiæ vincunt documenta sophiæ,

Et cedunt diti deliro verba periti.

Plus est dona dare, quam veris falsa probare.

In sacris summis assurgunt undique nummis:

Nullis decretis damnantur dona loquentis,

Plus valet argentum quam Gregorii documentum.

Nunc status in donis est omnis religionis,

Jam sunt buccarum pastores non animarum.

Munus in absconso vis, dat dimittere sponso,

Si velit uxorem ducere vel nobiliorem.

Si bonus esse velis sociis, dominoque fidelis,

Incipies fieri derisio maxima cleri:

Ast insectator sociorum, fraudis amator,

C Hic formidatur et ab omnibus hic veneratur.

His plenus viliis est totus Gallicus orbis,

Sed fidei pilo penetravit ad intima Milo.

Xenia nulla bonum nec amor flexere patronum,

Mens sibi fortis erat, si vis a corpore deerat.

Emptores vidi verbi mucronis recidi,

Et Simon immundus sibi succubuit pudibundus.

Gaudia quanta bonis virtus dedit illa Milonis;

Et multo plura nobis foret illa datura,

Et foret invictus, sed mors sibi sustulit ictus.

Mens nimium tuta Petrumque rigore secuta,

Nunc capis in caelis tua præmia, servo fidelis.

Nunc super astra situs, diademate nunc redimitus.

Nostros oratus audi solvendo reatus.

LIBRUM SEQUENTEN BREVE MONITUM

587-1588 Hic liber manuscriptus codicibus erutus est, scilicet ex Andegavensi 600 ad mi-
annorum ex Beccensi paulo recentiori, num. 98, et e Gemmeticensi 400 circiter annorum, et
ditione tandem Redonen-ii an. 1534. In singulis autem varie reperitur inscriptus et prætitu-
s. Et quidem Andegavensis omnium antiquissimus nullum habet titulum, et incipit absolute:
sificaturo, etc. Habet autem in capite cujusque articuli summarium cujusque præcepti, quod
sequitur exemplum metricè editum. Hoc et similiter habet codex Gemmeticensis, sed cum hoc
to: Marbodus discipulo suo. De ornamentis verborum, Versificaturo, etc. Beccensis vero ti-
m habet, sed ita abrasum et deletum, ut visum omnino fugiat; nec inde cujus sit auctoris de-
bendi possit, sed tantum ex fine, ubi sic legitur; *Explicit libellus Marbodi De ornamentis*